bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia
enim cordis. os loquitur;

Bonus homo. de bono thesauro profert bona;
Et malus homo. de malo thesauro profert mala;
Dico autem uobis; quoniam omne uerbum
fuerit hominis.

reddet rationem deo indie iudicii; Exuer
bis enim tuis iustificaberis: & exuerbis tuis
condempnaberis;

T̄ dn̄ exxxiii.
℣
L̄ exxxiii.

Tunc responderunt ei quidā de scribis & pha
riseis: dicentes; Magister: uolumus a te
signum uidere;

T̄ dn̄ exxxiiii.
℣
L̄ exxxiii.

Qui respondens: ait illis; Generatio mala &
adultera signum quęrit: & signū non dabi
tur ei. nisi signū ionę pphetae; Sicut enī
fuit ionas in uentre cęti tribus diebus: & tri
bus noctibus: sic erit filius hominis in cor
de terrę. tribus diebus: & tribus noctibus;
Uiri ninuitę surgent in iudicio cū generā
tione ista. & eum dempnabunt eam: quia
pęnitentiam egerunt in prędicatione ionę;
Et ecce plus quā iona hic; Regina austri
surgę in iudicio cū generatione ista. &
condempnabit eam: quia uenit a finibus
terrę. audire sapientiam salomonis;
Et ecce plus quam salomon hic;

Cum autem immundus spꝰ exierit abhomine:
ambulat ploca arida·querens requiem &non
inuenit; Tunedicit; Reuertar indomum
meā·unde exiui; Etuemens·inuenit ua
cantem scopis mundatam &ornatam;
Tunc uadit &assumit septem alios spꝰ secū
nequiores se: &intrantes habitant ibi;
Etfiunt nouissima hominis illius: peiora
prioribus; Sicerit &generationi huic pessime;
Adhuc eo loquente adturbas: ecce mater eī
&frēs stabant foris· querentes loqui ei;
Dixit autem ei quidā; Ecce mater tua &
frēs tui foris stant: querentes te; Atipse re
spondens: dicenti sibi ait; Quęest mat̄
mea·&quisunt fratres mei? Etextendens
manū indiscipulos suos: dixit; Ecce mat̄
mea: &fratres mei; Quicūq; enim fecerit
uoluntatem patris mei quinęlis est:
XIII Ipse meus &frater &soror: &mater est;
IN ILLO DIE EXIENS IHC DEDOMO SEDEBAT

secus mare: & congregate sunt ad eum turbe
multe: ita ut in navicula m ascendens sederet;
Et omnis turba stabat in litore: Et locutus
est eis multa in parabolis dicens; Ecce exiit
qui seminat. seminare; Et dum seminat:
quaedā ceciderunt secus viam: Et venerūt
volucres & comederunt ea; Alia autem
ceciderunt in petrosa: ubi non habebant
terrā multam: Et continuo exhortasunt.
quia non habebant altitudinē terrae;
sole autem orto aestuaverunt: Et quia
non habebant radicē. aruerunt; Alia
autem ceciderunt in spinas: & creverunt
spinę. & suffocaverunt ea; Alia autem
ceciderunt in terrā bonā: & dabant fruc
tum; Aliud centesimū. Aliud sexagesi
mū: Aliud tricesimum; Qui habet aures
audiendi: audiat; Et accedentes disci
puli: dixerunt ei; Quare in parabolis

Quia uobis datum est nosse mysteria regni
celorum: illis autem non est datum;
m cxxxii
L lxxxi
Qui enim habet. dabitur ei: et abundabit;
Qui autem non habet: et quod habet. auferetur a eo;
m cxxxiii.
r
m xxxvii
Ideo in parabolis loquor eis: quia uidentes
non uident: et audientes non audiunt: neq;
intellegunt; et adimplebitur in eis ypheta
esaie dicens; Auditu audietis. et non in
tellegetis: et uidentes uidebitis. et non uidebitis;
Incrassatum est enim cor populi huius. et au
ribus graueter audierunt. et oculos suos
clauserunt: Nequando uideant oculis. et
auribus audiant. et corde intellegant.
et conuertantur. et sanem eos;
m cxxxiiii
L cxx.
Vestri autem beati oculi. quia uident. et au
res uestre. quia audiunt; Amen quippe
dico uobis: Quia multi ypheta et iusti
cupierunt uidere que uidetis. et non uiderunt;
et audire que audistis. et non audierunt;
m cxxxv
r
m xxxviii.
L lxxxiii.
Vos ergo. audite parabolam seminantis;

Omnis qui audit uerbum regni. & non intellegit:
uenit malus & rapit. quod seminatum ÷ in
corde eius; hic est qui secus uiam semina
tus est. Qui autē supra petrosa seminatus
est. hic est qui uerbum audit. & conti
nuo cum gaudio accipit illud; non habe
autē in se radicem. sed est temporalis. Facta
autē tribulatione & persequutione ꝓpter
uerbum: continuo scandalizatur. Qui autē
seminatus est in spinis. hic est qui uerbum
audit: Et sollicitudo seculi istius. & fallacia
diuitiarū suffocat uerbum. & sine fructu
efficitur. Qui uero in terrā bonā semina
tus ÷: hic est qui audit uerbū. & intellegit:
Et fructum adfert; & facit aliud quidem
centesimum. Aliud autem sexagesimum!
Aliud uero tricesimum.

Dn̄ ccxxxvi
Sol

Aliam parabolam ꝓposuit illis dicens;
Simile factum ÷ regnum celorū! homini. qui
seminauit bonum semen in agro suo;

Cum autem dormirent homines: uenit inimicus eius & super seminauit zizania in medio tritici: & abiit; Cum autē creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autē serui patris familias: dixerunt ei; Onē: nonne bonū semen seminasti in agro tuo: Unde ergo habet zizania? Ait illis: Inimicus homo hoc fecit; Serui autem: dixerunt ei; Uis imus & colligimus ea? Ait; non; Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis & triticum; Sinite utraq; crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus; Colligite primū zizania: & alligate ea fasciculos ad conburendū; Triticū autē congregate in horreum meum;

Ā ex xxxiiii
ō xl iiii
Ī elxxii

Aliam parabolam ꝓposuit eis dicens; Simile est regnum cęlorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: Quod minimū quidem ÷ omnibus seminibus;

Cum autem creuerit maius est omnibus hole
ribus: & fit arbor; Ita ut uolucres celi ueni
ant & habitent in ramis eius;

Aliam parabolam. loquutus est eis; Simile ÷
regnū celorum fermento: quod acceptū mulier
abscondit in farinā satis tribus: donec fer
mentatum est totum;

Haec omnia. loquutus est ihs in parabolis
ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis.
Ut impleretur quod dictū est per prophetam
dicentē; Aperiam in parabolis os meum:
eructuabo abscondita: a constitutione mundi;

Tunc dimissis turbis. uenit in domum:
Et accesserunt ad eum discipuli ei dicentes;
Edisse nobis parabolam zizaniorum agri;
Qui respondens: ait; Qui seminat bonum
semen: est filius hominis; Ager autem
est mundus; Bonum uero semen: hi sunt
filii regni; Zizania autē: filii sunt nequā;
Inimicus autē qui seminauit ea: est diabolus;

Messis uero consumatio seculi est; Messores
autem angeli sunt; Sicut ergo colliguntur
zizania & igni conburuntur sic erit in con
sumatione seculi; Mittet filius hominis an
gelos suos & colligent de regno eius omnia
scandala & eos qui faciunt iniquitatem
& mittent eos in caminum ignis ibi erit
fletus & stridor dentium; Tunc iusti fulge
bunt sicut sol in regno patris eorum; Qui
habet aures audiendi audiat; Simile
regnum celorum thesauro abscondito in agro
quem qui inuenit homo abscondit & pre
gaudio illius uadit & uendit uniuersa
que habet & emit agrum illum; Iterum
simile est regnum celorum homini nego
tiatori querenti bonas margaritas; Inuen
ta autem una preciosa margarita
abiit & uendidit omnia que habuit &
emit eam; Iterum simile est regnum celo
sagene misse in mare & ex omni genere

piscium congreganti; Quam cum impleta esset
educentes. & secus litus sedentes. elegerunt
bonos in uasa. malos autem foras miserunt;
Sic erit in consumatione seculi; Exibunt angeli.
& separabunt malos de medio iustorum.
& mittent eos in caminum ignis. ibi erit fle
tus & stridor dentium; Intellexistis hec omnia?
Dicunt ei. etiam; Ait illis; Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum. Similis est homini
patri familias; qui profert de thesauro suo.
noua & uetera; Et factum ÷ cum consumasset
ihē parabolas istas. transiit inde;
Et uenit in patriā suam. docebat eos in sy
nagogis eorum. ita. ut mirarentur & dicerent;
Unde huic sapientia hec & uirtutes? Nonne
hic est fabri filius? nonne mater eius dicit
maria. & fratres eius iacobus. & ioseph. &
simon. & iudas. & sorores eius. nonne omnes
apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?
Et scandalizabantur in eo;

Dominica exl
Gr. I
Lectio sancti
Ioannis

ō exlii
d li
l xxi
lo xxxu

Jhē autē dixit eis; Nonest ppheta sine ho
nore nisi inpatria sua. & indomo sua; Et non
fecit ibi uirtutes multas propter incredili
tatem illorum;

XIIII

ō exliii
d lui
l xe

In illo tempore audiuit herodes
tetrarcha famam ihū & ait pueris suis;
Hicest iohannes baptista; ipse surrexit amor
tuis & ideo uirtutes operantur ineo;

ō exliiii
d luiii
l xu

Herodes enim tenuit iohannē & alligauit eū
& posuit incarcerē ppter herodiadem uxorē
fratris sui; Dicebat enim illi iohannes
Nonlicet tibi habere eam; Et uolens illū occi
dere timuit populum quia sicut prophe
tam eum habebant;

ō exlu
d lx

Die autem natalis herodis saltauit filia
herodiadis inmedio & placuit herodi;
Unde cum iuramento pollicitus est ei dare
quodcumq; postulasset abeo; At illa pre
monita amatre sua; Da mihi inquit hic
indisco caput iohannis baptistę; Et con

tristatus est rex; Propter iuramentum autē.
& eos quipariter recumbebant. iussit dari;
Misitq; & decollauit iohannē in carcere. Et ad
latum est caput eius in disco. & datum est
puellę. & tulit matri suae; Et accedentes
discipuli eius. tulerunt corpus. & sepelie
runt illud. & uenientes nuntiauerunt ihū;

Feria exlvi
Luna xcii
Lo xlvii

Quod cum audisset ihs. secessit inde in navi
culam in locum desertum seorsum; Et cū
audissent turbę sequutę sunt eum pedes
tres de ciuitatibus; Et exiens uidit turbā
multā. & misertus est eius. & curauit lan
guidos eorum;

Feria exlvii
Luna lxiii
Lo xcii
Lo xlviii

Vespere autem facto. accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes; Deserta est lo
cus. & hora iam preterit; dimitte ēbas.
ut eunte in castella emant sibi escas;
Ihē autem. dixit eis; Non habent necesse
re. date illis uos manducare; Respon
derunt ei; Non habemus hic. nisi quinq;

panes· & duos pisces; Quiait eis; Adferte
illos mihi huc; Et cum iussisset turbā discū
bere supra fenum· acceptis quinq; panib;
& duobus piscibus· Aspiciens in celum·
benedixit· & fregit· & dedit discipulis panes;
discipuli autē turbis; Et manducauerunt
omnes· & saturati sunt; Et tulerunt reliqui
as· duodecim cofinos fragmentorū plenos;
manducantium autem fuit numerus
quinq; milia uirorum· exceptis mulie
ribus & paruulis·

Et statim iussit discipulos ascendere inna
uiculam· & precedere eum transfretum·
donec dimitteret turbas;

Et dimissa turba· ascendit in montē solus orare;
Vespere autem facto· solus erat ibi; naui
cula autem· in medio mari iactabatur
fluctibus; Erat enim contrarius uentus;
Quarta autē uigilia noctis· uenit ad eos
ambulans supra mare;

Frundentes eum supra mare ambulante: tur
batisunt dicentes: quia phantasma est;
Et pre timore clamauerunt; Statimq; ihs:
loquutus est eis dicens: Habete fiduciam;
Ego sum: nolite timere;

Feria iii
X
Sol

Respondens autem petrus. dixit; Dne: si tues
iubeme uenire ad te super aquas; At ipse
ait; Veni; Et descendens petrus de nauicula:
ambulabat super aquam. ut ueniret ad
ihm; Videns uero uentum ualidum.
timuit; Et cum cepisset mergi: clamauit dicens;
Dne: saluum me fac; Et continuo ihs extendens
manum adprehendit eum: & ait illi;
Modice fidei: quare dubitasti?

Feria iiii.
VI
Hexam.

Et cum ascendissent in nauicula: cessauit
uentus; Qui autem in nauicula erant:
uenerunt. & adorauerunt eum dicentes;
Vere: filius di es;

Feria iiii
II
Hexam
L xxxxii

Et cum transfretassent: uenerunt in terra
gennesar; Et cum cognouissent eum uiri

loci illius. miserunt in uniuersam regionem
illam; et obtulerunt ei omnes malehabentes.
& rogabant eum. ut uel fimbriam uestimenti
XU eius tangerent; et quicumq; tetigerunt.
salui facti sunt;

dn dum. VI sab lxxxi.

TUNC AC CESSERUNT AD EUM ABHIERO
solymis scribe & pharisei. dicentes; Quare
discipuli tui transgrediuntur traditionem
seniorum? Nonenim lauant manus suas.
cum panem manducant; Ipse autem respon
dens. ait illis; Quare & uos transgredi
mini mandatum di. propter traditio
nem uram? Namds dixit; Honora pa
trem & matrem; & qui cum maledixerit patri
uel matri. morte moriatur; Uos autem
dicitis. quicumq; dixerit patri uel matri.
munus quod cumq; est exme tibi pdesse.
& non honorificabit patrem suum aut
matrem suam; Irritum fecistis manda
tum di. propter traditionem uram;

h ypocritae: bene prophetauit deuobis esaias
dicens; Populus hic labiis me honorat: corautē
eorum longe est ame; Sine causa autē colunt
me: docentes doctrinas & mandata hominū;
Et conuocatis ad se turbis: dixit eis; Audite.
& intellegite; Non quod intrat: in os coin
quinat hominē: sed quod procedit ex ore.
hoc coinquinat hominē;

T̄ m̄ elx
sol

Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei;
Scis quia pharisaei audito hoc uerbo scandala
tisunt? At ille respondens: ait; Omis plantatio.
quam non plantauit pater meus celestis:
eradicabitur;

T̄ m̄ elxi
L luu

Sinite illos: cecisunt duces cecorū;
Cecus autem si ceco ducatum prestet:
ambo in foueam cadunt;

T̄ m̄ elxii.
m̄ lxxii

Respondens autem petrus: dixit ei; Edisse
nobis parabolam istam. At ille dixit;
Adhuc & uos sine intellectu estis: non intel
legitis quia omne quod in os intrat inuen

tur uadit: & in secessum emittitur? Que autem
procedunt de ore · de corde exeunt: & ea coin
quinant hominem; De corde enim: exeunt
cogitationes male; homicidia: adulteria
fornicationes· furta· falsa testimonia· blas
phemiae; Haec sunt: que coinquinant homi
nem; Non lotis autem manibus manducare:
non coinquinat hominem; Et egressus inde
ihs: secessit in partes tyri & sidonis· Et ecce
mulier chananea· a finibus illis egressa:
clamauit dicens ei; Miserere mei dne fili
dauid· filia mea male a demonio uexatur.
Qui non respondit ei uerbum; Et accedentes disci
puli eius· rogabant eum dicentes; Dimitte Domine.
eam· quia clamat post nos.

m clxxxii
L cexxxii

Ipse autem respondens· ait; Non sum missus·
nisi ad oues· que perierunt domus israhel;

m clxxxiii
VI
de lxxxiii.

At illa uenit· & adorauit eum dicens; Dne·
adiuuame; Qui respondens· ait; Non est
bonum sumere panem filiorum· & mittere

canibus; Illa dixit; Etiam dne; Nam&catelli
edunt demicis quecadunt demensa dominorū
suorū; Tunc respondens ihs ait illi; O mulier
magna est fides tua fiat tibi sicut uis; Et sana
ta est filia eius ex illa hora;

T m clx
T VI
T m lxxxii

Et cum transisset inde ihs uenit secus mare
galileae; & ascendens in montē sedebat ibi;
Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secū
mutos cecos claudos debiles Et alios multos;
Et proiecerunt eos ad pedes eius & curauit eos
Ita ut turbe mirarentur Videntes mutos
loquentes claudos ambulantes cecos uidentes
Et magnificabant dm israhel;

XVI

Jhs autē conuocatis discipulis suis
dixit; Misereor turbe quia triduo iam p
seuerant mecum & non habent quod manducent;
Et dimittere eos ieunos nolo ne deficiant in uia;
Et dicunt ei discipuli; Unde ergo
nobis in deserto panes tantos ut satiremus
turbā tantā? Et ait illis ihs; Quot panes habetis?

Atilli dixerunt. Septem. Et paucos pisciculos;
Et precepit turbe. ut discumberent sup terrā;
Et accipiens. the septem panes & pisces. & gratias
agens. fregit. & dedit discipulis suis. Et discipuli
dederunt populo. Et comederunt omnes. & satura
ti sunt. Et quod sup fuit de fragmentis. tulerunt
septem sportas plenas. Erant autem qui man
ducauerunt quattuor milia hominū. extra
paruulos & mulieres. Et dimissa turba. ascen
dit in naauiculam. & uenit in fines magedan.

T. ō. elxi
IIII
ō. lxxxiii
lo. xxx iij.
& lui.

Et accesserunt ad eum pharisei. & saddducei. tēp
tantes. & rogauerunt eum. ut signum de celo
ostenderet eis.

T. ō. dxij.
V
L. elxi

Atille respondens. ait eis. Facto uespere. dicitis
serenum erit. rubicundum ÷ enim celum;
Et mane. hodie tempestas. rutilat enim triste
celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis.
signa autem temporum non potestis.

T. ō. elxiij.
VI
ō. lxxxiij.

Generatio mala & adultera signum querit.
& signum non dabitur ei. nisi signū ionę;

Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli ei
transfretum. obliti sunt panes accipere.

m̄ elxiiij. Quid dixit illis. Intuemini. & cauete a fermento
r̄ II m̄ lxxxiiij. l̄ elxiiij. pharisęorum. & sadducęorum.

m̄ elxu Ati illi cogitabant inter se dicentes. quia panes
r̄ VI m̄ lxxx non accepimus. Sciens autem ihē. dixit. Quid
cogitatis inter uos modicę fidei. quia panes
non habetis? Nondum intellegitis. neque recor
damini quinq; panum. & quinq; milia homi
num. & quot cōfinos sumpsistis? Neq; septē
panū & quattuor milia hominū. & quot spor
tas sumpsistis? Quare non intellegitis. quia
non de pane dixi uobis. Cauete a fermento
pharisęorum & sadducęorum. Tunc intellexerūt.
quia non dixerit cauendum a fermento pa
num. sed a doctrina pharisęorum. & sadducęorū.

m̄ elxui Venit autē ihc in partes cęsarię philippi.
r̄ I m̄ lxxxii. l̄ xciiij. & interrogabat discipulos suos dicens. Quē
la lxxiiij. dicunt homines ēe filium hominis. At illi
dixerunt. Alii Iohannē baptistam. alii autē

heliam · Alii auero hieremiam · Aut unũ exp
phetis; Dicit illis ihs·⁊ Vos autem quẽ me esse
dicitis? Respondens symon petrus: dixit ·⁊
Tues xps · filius dĩ uiui ·⁊

ad elxxii · X · sol

Respondens autẽ ihs: dixit ei·⁊ Beatus es symon
bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi:
Sed pater mis quui celis ÷ ⁊ Ego dico tibi · quia
tues petrus · & sup hanc petram · aedificabo
ecclesiam meam ⁊ Et porte inferi: non preualebunt
aduersus eam ⁊ Et tibi dabo claues regni celoy;
Et quodcũq; ligaueris sup terrã: erit ligatũ
& in celis ⁊ Et quodcumq; soluueris sup terram:
erit solutum & in celis ·⁊

ad elxxiii · II · ad lxxxiii · I sex ·

Tunc precepit discipulis suis · ut nemini dicerent:
quia ipse esset ihs xps ⁊ Exinde cepit ihc os
tendere discipulis suis: Quia oportet eũ
ire iherosolymam · & multa pati a seniorib;·
& scribis · & principibus sacerdotum · & occidi:
& tertia die resurgere;

ad elxxiiii · VI · ad lxxxiiii ·

Et assumens eum petrus: cepit increpare

illum dicens; Absit a te dne. non erit tibi hoc. Qui
conuersus. dixit petro; Vade post me satanas; scan
dalum es mihi. quia non sapis ea que di sunt. sed ea
que hominum;

T dlxx
r II
m lxxxxi.
l xcvi

Tunc ihs. dixit discipulis suis. Si quis uult post me
uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suā.
& sequatur me. Qui enim uoluerit animā suā
saluam facere. perdet eam. Qui autē pdiderit
animā suā ppter me. inuenire eam. Quid enim
pdest homini. si mundū uniuersum lucretur.
animae uero suę detrimentum patiatur?
Aut quam dabit homo cōmutationem pro
anima sua?

T dlxxi
X
s o l

Filius enim hominis uenturus est in gloria patris
sui cum angelis suis. & tunc reddet unicuique
secundum opera eius.

T dlxxii.
r II.
m lxxxxiii
l xcvii.

Amen dico uobis. sunt quidā de hic stantibus qui
non gustabunt mortem. donec uideant filium
hominis. uenientem in regno suo;

Et post dies sex. assumit ihc petrum.

& iacobum. & iohannem fratrem eius. & ducit illos
in montem excelsum seorsum. & transfiguratus est
ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol.
uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix;
Et ecce apparuit eis illis moyses & helias. cum eo loquen
tes. Respondens autem petrus. dixit ad ihm. Dne.
bonum est nos hic esse. si uis faciamus hic tria ta
bernacula. Tibi unum. & moysi unum. & heliae
unum. Adhuc eo loquente. ecce nubes lucida
obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens.
hic est filius meus dilectus. in quo mihi bene
conplacui. ipsum audite. Et cadentes discipuli.
ceciderunt in faciem suam. & timue
runt ualde. Et accessit ihs. & tetigit eos. dixitq;
eis. Surgite. & nolite timere. Leuantes autem
oculos suos. neminem uiderunt. nisi solum ihm;
Et descendentibus illis de monte. precepit ihs
dicens. Nemini dixeritis uisionem. donec
filius hominis. a mortuis resurgat;

t in clxxiii.
f in lxxxviii. Et interrogauerunt eum discipuli. dicentes.
Quid ergo scribe dicunt. quod helia oportet

primum uenire? Ille respondens. ait eis; helias
quidem uenturus est. & restituet omnia; Dico
autem uobis. Quia helias iam uenit. & non cognouerunt
eum. sed fecerunt in eo quecumque uoluerunt;
Sic & filius hominis passurus est abeis. Tunc in
tellexerunt discipuli. quia de iohanne baptista
dixisset eis.

m dlxxiiii.
m xci
L xcviiii.

Et cum uenisset ad turbam. accessit ad eum homo
genubus prouolutus ante eum. dicens; Dne.
miserere filio meo. quia lunaticus est. & male
patitur; Nam sepe cadit in ignem. & crebro
in aquam; Et obtuli eum discipulis tuis. &
non potuerunt curare eum; Respondens
ihs. ait; O generatio incredula & peruersa.
quousque ero uobiscum. usque quo patiar uos?
Adferte huc illum ad me; Et increpauit illum
ihs. & exiit abeo demonium; & curatus est
puer. ex illa hora;

m dlxxx.
L cc.

Tunc accesserunt discipuli ad ihm secreto.
& dixerunt; Quare nos non potuimus eicere

illum? Dicit illis. Propter incredulitatem uram;
Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut
granum sinapis. dicetis monti huic transi hinc.
& transibit. Et nihil impossibile erit uobis. Hoc
autem genus non eicitur. nisi oratione & ieunium.

Feria ii. Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis ihs;
Filius hominis tradendus est in manus hominum.
& occident eum. & tertio die resurget. Et contris
tati sunt uehementer.

Feria iii. Et cum uenissent capharnaum. accesserunt qui di
dragma accipiebant ad petrum. & dixerunt ei;
Magister uester non soluit didragma? Ait. eis. Etiam.
Et cum intrasset in domum. preuenit eum ihs dicens;
Quid tibi uidetur simon? Reges terre. a quibus
accipiunt tributum uel censum. a filiis suis.
an a alienis? Et ille dixit; A alienis. Dixit illi
ihs; Ergo. liberi sunt filii. Ut autem non scandala
lizemus eos. uade ad mare. & mitte hamum.
& eum piscem qui primus ascenderit. tolle; et cum piscem qui primus ascendit

Et aperto ore eius. inuenies stateren; illum sumens.
Daeis prome. & te.

XUIII.
T. in clxxxuij.
r. II
in xcu
I. eij.

In illa hora. accesserunt discipuli
ad ihm. dicentes. Quis putas maior est in regno ce
lorum. Et aduocans ihs paruulum. statuit eum
in medio eorum. & dixit; Amen dico uobis. nisi
conuersi fueritis. & efficiamini sicut paruuli. non
intrabitis in regnum celorum; Quicumq; ergo hu
miliauerit se sicut paruulus iste. hic est maior
in regno celorum; Et qui susceperit unum paruulu
talem in nomine meo. me suscipit.

T. in clxxxuiij.
r. II
in xcuiij.

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis
qui in me credunt. expedit ei ut suspendatur mola
asinaria in collo eius. & dimergatur in profundum
maris; Ue mundo a scandalis; Necesse est enim.
ut ueniant scandala; Ue rumtamen. ue homini.
per quem scandalum uenit.

T. in clxxx
r. ui.
in c.

Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te. abscide
eum. & proice a te; Bonum est tibi est aduitam
ingredi debilem. uel claudum. quam duas manus

uel duos pedes habentem · mitti in ignem aeternum ;
Et si oculus tuus scandalizat te · erue eum · & proice
abste ; Bonum tibi est unum oculum habentem
in uitam intrare · quam duos oculos habentes mitti
in gehennam ignis ·

Tm elxxxi
Sol

Videte · ne contemnatis unum · ex his pusillis ; dico
enim uobis · quia angeli eorum in celis semp
uident faciem patris mei · qui in celis est ; Uenit
enim filius hominis saluare · quod perierat ;

Tm elxxxii
Lel xxxiii

Quid uobis uidetur · si fuerint alicui centum oues ·
& errauerit una ex eis · Nonne relinquet nona
ginta nouem in montibus · & uadit quærere
eam quæ errauit · Et si contigerit ut inueniat eam ·
Amen dico uobis · Quia gaudebit super eam
magis · quam super nonaginta nouem quæ
non errauerunt ; Sic non est uoluntas ante
patrem uestrum qui in celis est · ut pereat unus
de pusillis istis ·

Tm elxxxiii
Lel xxxiiii

Si autem peccauerit in te frater tuus · uade ·
& corripe eum inter te · & ipsum solum ;

Sive audierit. lucratus eris fratrem tuum.

m clxxxiiii. Sol

Si autem non te audierit. adhibe tecum adhuc unum uel duos. Ut in ore duorum testium uel trium. stet omne uerbum. Quod si non audierit eos. dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit. sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

m clxxxv cll Lo ccxv

Amen dico uobis. quæcumq; alligaueritis super terram. erunt ligata & in cælo. Et quæcumq; solueritis super terram. erunt soluta & in cælo.

m clxxxvi. Sol

Iterum dico uobis. Quia si duo ex uobis consenserint super terram. de omni re. quamcumq; petierint. fiet illis a patre meo qui in cælis est. Ubi enim sunt duo. uel tres congregati in nomine meo. ibi sum in medio eorum.

m clxxxvii. L ccxviiii.

Tunc accedens petrus ad eum. dixit. Domine. quo ties peccabit uetra in me frater meus. & dimittam ei usq; septies. Dicit illi ihs. Non dico tibi usq; septies. sed usq; septuagies septies.

XXIIIII. m clxxxviii. Sol

Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi. qui uoluit rationem ponere cum

seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere. oblatus
est ei unus. qui debebat decem milia talenta.
Cum autem non haberet unde redderet. iussit eum
dominus uenundari. & uxorem eius. & filios. & omnia
que habebat. & reddi. Procidens autem seruus ille.
orabat eum dicens. Patientiam habe in me. & omnia
reddam tibi. Misertus autem dn̄s serui illius.
dimisit eum. & debitum dimisit ei. Egressus autem
seruus ille. inuenit unum de conseruis suis. qui
debebat ei centum denarios. Et tenens. suffocabat
eum dicens. Redde quod debes. Et procidens con
seruus eius. rogabat eum dicens. Patientiam ha
be in me. & omnia reddā tibi. Ille autem noluit.
sed habuit. & misit eum in carcerem. donec red
deret debitum. Uidentes autem conserui eius que
fiebant. contristati sunt ualde. Et uenerunt.
& narrauerunt domino suo. omnia que facta
fuerant. Tunc uocauit illum dominus suus.
& ait illi. Serue nequā. omne debitū dimisi
tibi. qm̄ rogasti me. Nonne ergo oportuit

&te miserere conserui tui · sicut &ego tui misertus sum?
Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus
quoadusq; redderet uniuersum debitum ·
Sic &pater meus celestis faciet uobis si non remi
seritis unus quisq; fratri suo de cordibus uris ·
Et factum est · cum consummasset ihs sermones istos
migrauit a galilea · & uenit in fines iudeae trans
iordanen · & sequuntur eum turbe multe ·
Et curauit eos ibi · Et accesserunt ad eum pharisei
temptantes eum · & dicentes · Si licet homini
dimittere uxorem suam quacumq; ex causa?
Qui respondens ait eis · Non legistis · quia qui fe
cit ab initio masculum & feminam · fecit eos?
Et dixit · Propter hoc dimittet homo patrem
& matrem · & adherebit uxori suae · & erunt duo
in carne una · Itaq; iam non sunt duo · sed una
caro · Quod ergo ds coniunxit · homo non separet ·
Dicunt illi · Quid ergo moyses mandauit dari
libellum repudii · & dimittere? Ait illis · Quō
moyses adduritiam cordis uri · permisit uobis

T in elxxxuiii
T VI
in eiu.

dimittere uxores uras. Abinitio autem non fuit sic.

T in exe
r II
in ex
l exeu.

Dico autem uobis. Quia quicumq; dimiserit uxorem
sua. nisi obfornicationem. & aliam duxerit.
moechatur. Et qui dimissam duxerit. moechatur.

T in exci
X
sol

Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa homini
cum uxorem. non expedit nubere. Qui dixit.
Non omnes capiunt uerbum istud. sed quib;
datum est. Sunt enim eunuchi. qui de matris
utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi. qui facti sunt
ab hominibus. Et sunt eunuchi. qui seipsos castra
uerunt propter regnum celorum. Qui potest
capere. capiat.

T in exciii.
r II
in exii
l exeui

Tunc oblati sunt ei paruuli. ut manus eis imponere
& orare. Discipuli autem. increpabant eos. Ihe
uero. ait eis. Sinite paruulos. & nolite eos prohibere
ad me uenire. talium est enim regnum
celorum. Et cum imposuisset eis manus. abiit inde.

T in exciiii
r II
in exiii
l exeuiii
l exxi.
x ce.xviii.

Et ecce unus accedens. ait illi. Magister bone.
quid boni faciam. ut habeam uitam aeternam.
Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono.

Unus est bonus dī. Si autem uis aduitā ingredi.
serua mandata. Dicit illi. Quae? Ihs autem
dixit. Non homicidium facies. Non adulterabis.
Non facies furtum. Non falsum testimonium dices.
Honora patrem & matrem. Et diliges pximū
tuum. sicut te ipsum. Dicit illi adolescens.
Omnia hęc custodiui. Quid adhuc mihi deest?
Ait illi ihc. Si uis perfectus esse. uade. uende omnia quę
habes. & da pauperibus. & habebis thesaurum in cęlo.
& ueni. sequere me.

Cum audisset autem adolescens uerbum. abiit tristis.
Erat enim habens multas possessiones. Ihc autem
dixit discipulis suis. Amen dico uobis. quia
diues difficile intrabit in regnum cęlorum.
Et iterum dico uobis. facilius est camelum p
foramen acus transire. quā diuitem intrare
in regnum cęlorum. Audiens autem his dis
cipuli. mirabantur ualde dicentes. Quis ergo
potest saluus esse? Aspiciens autem ihs.
dixit illis. Apud homines hoc impossibile est.

apud dm autem omia possibilia sunt. Tunc respon
dens petrus. dixit ei. Ecce nos reliquimus omia.
& secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Ihs autem.
dixit illis. Amen dico uobis. quod uos qui secuti
estis me. in regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis suae.

Sedebitis & uos super sedes duodecim. iudican
tes duodecim tribus israhel.

Et omnis qui reliquerit domum. uel fratres. aut so
rores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut
filios. aut agros propter nomen meum. Centu
plum accipiet. & uitam aeternam possidebit.

XX

Multitudo autem erunt primi nouissimi.
& nouissimi primi.

Simile est enim regnum celorum homini patri
familias. qui exiit primo mane conducere
operarios in uineam suam. Conuentione autem
facta. cum operariis ex denario diurno. misit
eos in uineam suam. Et egressus circa hora
tertiam. uidit alios stantes in foro ociosos.

& illis dixit, Ite & uos in uineam: & quod iustum
fuerit dabo uobis. Illi autē abierunt. Iterū autē
exiit circa sextam & nonam horam: & fecit
similiter. Circa undecimā uero exiit: & inuenit
alios stantes: & dicit illis, Quid hic statis tota die
ociosi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit.
Dicit illis, Ite & uos in uineam. Cum autē sero
factum esset: dicit dominus uineae procuratō
ri suo, Uoca operarios: & redde illis mercedē,
incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cum uenis
sent ergo qui circa undecimā horā uene
rant: acceperunt singulos denarios. Uenien
tes autem & primi: arbitrati sunt quod plus eēt
accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos
denarios. Et accipientes murmurabant aduer
sus patrem familias. Dicentes, Hi nouissimi
una hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti.
Qui portauimus pondus diei & aestus? At ille
respondens uni eorum dixit, Amice: non
facio tibi iniuriam. Nonne ex denario con

uenisti mecum? Tolle quodtuumest. & uade; Uolo
autem & huic nouissimo dare sicut & tibi; Aut
non licet mihi quoduolo facere? An oculus tuus
nequamest. quia ego bonussum? Sicerunt no
uissimi primi & primi nouissimi; Multi enim
sunt uocati. pauci autem electi.

Et ascendens ihs hierosolimam. adsumpsit duodecim
discipulos suos secreto. & ait illis; Ecce ascendimus
hierosolimam. & filius hominis tradetur princi
pibus sacerdotum. & scribis. & condempnabunt
eum morte; Et tradent eum gentibus addelu
dendum. & flagellandum. & crucifigendum. &
tercia die resurget.

Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei
cum filiis suis. adorans. & petens aliquid abeo;
Quid ait ei; Quid uis? ait illi; Dic ut sedeant hi
duo filii mei. unus ad dexteram tuam. & unus
ad sinistram in regno tuo; Respondens autem ihs.
dixit; Nescitis. quid petatis; Potestis bibere calicem.
quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. possumus;

Ait illis; Calicem quidem meum bibetis: sedere autē
ad dexteram meā & sinistram · non est meum dare
uobis · sed quibus paratum est a patre meo ·

Tō ccm.
Tō xxiii.
Ō l ccl xx

Et audientes decem · indignati sunt de duobus fratrib;
Ihē autem uocauit eos ad se: & ait; Scitis · quia prin
cipes gentium dominantur eorum: Et qui maiores
sunt · potestatem exercent in eos? Non ita erit
inter uos; Sed quicumq; uoluerit inter uos maior
fieri: sit uār minister; Et qui uoluerit inter uos
primus ēē: erit uester seruus ·

Tō ccm.
Tō iiii.
Tō cl
lo xci & cxxxx.

Sicut filius hominis non uenit ministrari: sed
ministrare; Et dare animā suam: redemptionē
pro multis ·

Tō ccc
Tō xxx
Ō ccxxiii.

Et egredientibus illis ab hiericho: secuta est eum
turba multa; Et ecce duo cęci sedentes secus
uiam: audierunt · quia ihs transiret · Et clama
uerunt dicentes; Onē: miserere nri fili dauid;
Turba autem: increpabat eos ut taceren; At illi:
magis clamabant dicentes; Onē: miserere nri ·
fili dauid; Et stetit ihē: & uocauit eos & ait;

Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi, Dne.
ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum
ihs. tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt.
et secuti sunt eum.

XXI. Et cum adpropinquassent hierosolymis.
et uenissent bethfage. ad montem oliueti. tunc
ihs misit duos discipulos dicens eis. Ite in uicus
tellum quod contra uos est. et statim inuenietis
asinam alligatam. et pullum cum ea. Soluite.
et adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit.
dicite. quia dns his opus habet. et confestim
dimittet eos.

Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum
per prophetam dicentem. Dicite filie syon.
ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. et sedens
sup asinam. et pullum filium subiugalis.

Euntes autem discipuli. fecerunt sicut precepit
illis ihs. Et adduxerunt asinam et pullum. et im
posuerunt super eos uestimenta sua. Et eum
desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba.

strauerunt uestimenta sua in uia; Alii autē
cedebant ramos de arboribus: & sternebant in uia;

ℳ ccxiiij.
ℳ cxxiiij
ℒ ccxxiiij.
Io o.

Turbę autem quę precedebant · & quę sequebantur:
clamabant dicentes; Osanna filio dauid: be
nedictus qui uenit in nomine dni; osanna in
altissimis.;

ℳ ccx
Sol.

Et cum intrasset hierosolyma: cōmota est uniuer
sa ciuitas dicens; Quis est hic? populi autē di
cebant; hic est ihē ꝓpheta: a nazareth galileę;

ℳ ccxi
ℳ cxxi
ℒ ccxxxxiiij.
Io xxi.

Et intrauit ihē in templum dī: & eiciebat omis
uendentes & ementes in templo: Et mensas num
mulariorū · & cathedras uendentium · colūbas
euertit; Et dicit eis; Scriptum est: domus mea
domus orationis uocabitur; Uos autem: fecistis
illam speluncam latronum.;

ℳ ccxii.
Sol

Et accesserunt ad eum cęci · & claudi in templo:
& sanauit eos.;

ℳ ccxiij.
ℒ ccxxxv.

Uidentes autem principes sacerdotum & scribę
mirabilia · quę fecit · & pueros clamantes in
templo & dicentes; osanna filio dauid: indigna

risunt & dixerunt ei, Audis quidisti dicunt.
Ihs autem dicit eis. Utq; Numquã legistis.
quia exore infantium & lactãntium pfecisti
laudem?

cxxiii. VI cxx. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in
bethaniã, ibique mansit. Mane autem reuer docebat eos de
tens in ciuitatẽ esurit. Et uidens fici arborẽ regno dei;
unam secus uiam uenit ad eam. Et nihil
inuenit in ea nisi folia tantũ. Et ait illi;
Numquã ex te fructus nascatur in sempiter
num. Et ara facta est continuo ficulnea. Et uid
entes discipuli miratisunt dicentes. Quo
modo continuo aruit?

cxxu. VI cxxiiii. Respondens autem ihs ait eis. Amen dico uob.
si habueritis fidem. & non hesitaueris. non solũ
de ficulnea facietis. sed & si monti huic dixeritis.
Tolle. & iactate in mare. fiet.

cxxiii IIIII cxxu la el. & cxxxiiii. Et omnia quecumq; petieritis in oratione
credentes accipietis.

cxxiiii. II cxxxiii. Et cum uenisset in templum accesserunt ad eũ

principes sacerdotum · & seniores populi dicentes ·
Inqua potestate hec facis? Et quis tibi dedit hanc
potestatem? Respondens ihs dixit eis: Inter
rogabo uos & ego unum sermonem. Quem si dixe
ritis mihi & ego uobis dicam · inqua potes
tate haec facio. Baptismum iohannis unde erat ·
De celo · an ex hominibus? At illi cogitabant inter
se dicentes. Si dixerimus de celo dicet nobis.
Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixe
rimus ex hominibus timemus turbam. Omnes
enim habebant iohannem sicut pphetam. Et re
spondentes ihu dixerunt. Nescimus. Ait illis
& ipse. Nec ego dico uobis inqua potestate
haec facio ·

Quid autem uobis uidetur? Homo quidam
habebat duos filios & accedens ad primum
dixit. Fili uade hodie operare in uinea mea.
Ille autem respondens ait. Nolo. Postea
autem penitentia motus abiit. Accedens
autem ad alterum dixit similiter. At ille

Dominica · x · Sol

respondens: ait, Eo dne. Et non iuit, Quis ex duo
bus fecit uoluntatem patris. dicunt: Primus,
Dicit illis ihs, Amen dico uobis: quia publicani.
& meretrices precedunt uos in regno di. Uenit
enim ad uos iohannes in uia iusticiae: & non
credidistis ei; Publicani autem & meretrices.
crediderunt ei. Uos autem uidentes: nec pe
XXII. nitentiam habuistis postea. ut crederetis ei;

Feria xuiij. II. hebdom. Lectio xl.

ALIAM PARABOLAM AUDITE.
Homo erat pater familias. qui plantauit uineam.
& sepem circumdedit ei; & fodit in ea torcular.
& aedificauit turrim. Et locauit eam agricolis.
& peregre profectus est. Cum autem tempus fruc
tuum adpropinquasset: misit seruos suos ad
agricolas. ut acciperent fructus eius; Et agrico
le adprehensis seruis eius. alium ceciderunt.
Alium occiderunt. Alium uero lapidauerunt;
Iterum misit alios seruos plures prioribus.
& fecerunt illis similiter; Nouissime autem
misit ad eos filium suum dicens: Uerebuntur

filium meū; Agricolae autem uidentes filium:
dixerunt intrase; hicest heres: uenite· occidamus
eum· & habebimus hereditatem eius·; Et adpre
hensum eum· eiecerunt extra uineam: & occi
derunt; Cum ergo uenerunt dominus uineae:
quid faciet agricolis illis? Aiunt illi; Malos
male perdet: & uineā suā locabit alis agricolis·
qui reddunt ei· fructum temporibus suis; Dicit
illis ihē; Numquā legistis in scripturis: lapidē
quē reprobauerunt aedificantes· hic factus est
in capud anguli· A dnō factum est istud· &
est mirabile in oculis nrīs? Ideo dico uobis:
quia auferetur a uobis regnum dī: & dabitur
genti facienti fructus eius; Et qui ceciderit
sup lapidem istum: confringetur; Super quē
uero ceciderit: conteret eum·;

m̄ ccxx
m̄ cxxxiiij·
L̄ ccxlii.
lo lxxxviiij·

Et cum audissent principes sacerdotum & pha
risaei parabolas eius: cognouerunt quod de
ipsis diceret; Et querentes eum tenere: timu
erunt turbas; Quō sicut ppheta: eū habebant·;

xxi ccxxi
xxi clxxxi.

Et respondens ihe: dixit iterum in parabolis eis dicens;
Simile factum est regnum celorum homini regi:
qui fecit nuptias filio suo; Et misit seruos suos
uocare inuitatos ad nuptias: & nolebant uenire.;
Iterum misit alios seruos dicens; Dicite inuitatis:
Ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia
occisa. & omnia parata: uenite ad nuptias; Illi
autem: ne glexerunt.; Et abierunt. Alius in uillam
suam: alius uero ad negotiationem suam; Reliqui
uero tenuerunt seruos eius: & contumelias
affectos occiderunt; Rex autem cum audisset
iratus est: & missis exercitibus suis: pdidit
homicidas illos. & ciuitatem illorum succendit;
Tunc ait seruis suis; Nuptie quidem parate
sunt: sed qui inuitati erant. non fuerunt digni;
Ite ergo ad exitus uiarum: & quoscumq; in
ueneritis. uocate ad nuptias.; Et egressi serui
eius in uias: congregauerunt omnes quos inue
nerunt malos & bonos: Et impleta sunt nuptie
discumbentium;

Ī ō ccxxii.
S ōl

Intrauit autem rex · ut uideret discumbentes: &
uidit ibi hominem non uestitū uestę nuptiali·
& ait illi; Amice: quomodo huc intrasti non
habens uestem nuptialem? At ille obmutuit;
Tunc dixit rex ministris·, Ligatis pedibus eius
& manibus: mittite eum in tenebras exterio
res: ibi erit fletus & stridor dentium; Multi
enī
XXIIII· autē sunt uocati: pauci uero electi·,

Ī ōe
ō XXIIII·
r II
ō cxxx·
L cexlui

Tunc abeuntes pharisaei· consilium
inierunt · ut caperent eum in sermone, Et mittunt
ei discipulos suos· cum herodianis: dicentes·,
Magister: scimus quia uerax es· & uiam dī inue
ritate doces: & non est tibi cura de aliquo·,
Non enim respicis psonam hominū, Dic ergo
nobis: quid tibi uidetur · Licet censum dari cesari
annon? Cognita autē ihs nequitia eorū: ait;
Quid me temptatis hypocritę· ostendite mihi
nomisma census·, At illi· obtulerunt ei de
narium·, Et ait illis ihc·, Cuius est imago hęc
& supra scriptio? dicunt ei: caesaris, Tunc ait

[illegible] quę
sunt dei eo [illegible] eo.
[illegible] deum sadducęi.
qui dicunt [illegible] resurrectionem. Et interroga
uerunt eum dicentes. Magister. moyses dixit;
Si quis mortuus fuerit nonhabens filium. ut du
cat frater eius uxorem illius. & suscitet semen
fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres.
Et primus uxore ducta. defunctus est. Et nonha
bens semen. reliquit uxorem suam fratri suo.
Similiter secundus & tertius. usq; ad septimum.
Nouissime autē omniū. & mulier defuncta est.
In resurrectione ergo. cuius erit de septē uxor.
Omnes enim habuerunt eam. Respondens autē
ihc. ait illis. Errastis. nescientes scripturas neq;
uirtutē dī. In resurrectione enim. neq; nubent
neq; nubentur. sed sunt sicut angeli dī in cęlo;
De resurrectione autē mortuorum. ñ legistis
quod dictum est ad ō dicente uobis. Ego sum
dī abrāham. dī isaac. & dī iacob. Non est dī

illis. Reddite ergo q̄ sunt
cesaris cesari & q̄ sunt dei de
Et audientes mirati sunt. &
relicto abierunt. In illo die a
esserunt ad eū sadducei q̄ dicū
ñ esse resurrectōm & interrog
uerunt eū dicentes

mortuorum · seduuentium · Et audientes turbae:
mirabantur indoctrina eius. ⁊

Pharisaei autem · audientes quod silentium imposu
isse sadducaeis · conuenerunt in unum · Et interro
gauit eum unus ex eis legis doctor · temptans
eum ⁊ Magister · quod est mandatum magnum in lege ·
Ait illi ihs ⁊ Diliges dnm dm tuum ex toto corde
tuo · & in tota anima tua · & in tota mente tua ⁊
Hoc est maximum · & primum mandatum ⁊ Secdm
autem · simile est huic ⁊ Diliges pximum tuum ·
sicut teipsum ⁊ In his duobus mandatis · uniuersa
lex pendet & prophetae. ⁊

Congregatis autem pharisaeis · interrogauit eos
ihs dicens ⁊ Quid uobis uidetur · de xpo · cuius
filius est ? Dicunt ei · dauid ⁊ Ait illis ⁊ Quomodo
ergo dauid in spu uocat eum dnm dicens ·
Dixit dns dno meo · sede a dextris meis · Donec
ponam inimicos tuos · scabellum pedum tuorum ?

Si ergo dauid uocat eum dnm · quomodo filius
eius est ? Et nemo poterat respondere ei ubum ·

neq; ausus fuit quisquā ex illa die eum amplius
interrogare.

Tunc ihs loquutus est ad turbas: & ad discipulos suos
dicens, Super cathedram moysi sederunt scribe
& pharisaei; Omnia ergo quecumq; dixerint
uobis: seruate & facite. Secundum opera uero
eorum: nolite facere. Dicunt enim: & nō faciunt.

Alligant autem onera grauia & inportabilia: &
imponunt in humeros hominum: digito autē
suo nolunt ea mouere.

Omnia uero opera sua faciunt: ut uideantur
ab hominibus; Dilatant enim phylacteria
sua: & magnificant fimbrias. Amant autē
primos recubitus in cenis: & primas cathedras
in synagogis: & salutationes in foro: & uocari
ab hominibus rabbi.

Vos autē: nolite uocari rabbi. Unus est enim
magister uest: omes autem uos fratres estis.
Et patrem: nolite uocare uobis sup terram.
Unus est enim pater uest: qui in celis est;

Nec uocemini magistri: quia magister uester:
unus est xps;

Th ccxxxi
L clxxxviii.

Qui maior est uṽm: erit minister uṽr. Quia qui
se exaltauerit: humiliabitur. Et qui se humilia-
uerit: exaltabitur.

XXIIII.

Th ccxxxii.
L cxlii.

Vae autem uobis scribae & pharisaei
hypocritae: qui clauditis regnum celorum ante
homines; Vos enim non intratis: nec introeuntes
sinitis intrare;

Th ccxxxiii
S ol.

Vae uobis scribe & pharisaei hypocritae: qui cir-
cuitis mare & aridam. ut faciatis unum pro-
selytum; Et cum fuerit factus: facitis eum
filium gehennae duplo quam uos. Vae uobis
duces caeci: qui dicitis. quicumq; iurauerit per
templum. nihil est. Qui autem iurauerit in
auro templi: debet; Stulti & caeci: quid enim
maius est. aurum. an templum. quod sanctificat aurum?
Et quicumq; iurauerit in altari: nihil est; Quicumq; aut
iurauerit in dono quod est sup illud: debet;
Caeci: quid enim maius est. donum. an altare.

Th Vae uobis scribae & pharisei hypocritae. qui comeditis domos uiduarum. orationes longas orantes; Propter hoc. amplius accipietis iudicium;

quodsēificat donum? Quiergo iurat altari:
iurat ineo. & inomnibus quęsup illudsunt; Et
qui iurauerit intemplo: iurat inillo. & ineo qui
habitat inipso; Et qui iurat incęlo: iurat inthro
no dī. & ineo quisedet super eum.

Ve uobis scribę & pharisaei hypocritę: quidecri
matis mentā & anetum & cyminum: Et reliquistis
quaegrauiora sunt legis. Iudicium. & misericor
diam. & fidem; haec oportuit facere: & illa
nonomittere.

Duces caeci: excolantes culicem. camelum autem
glutientes.

Ve uobis scribę & pharisaei hypocritę: quimūn
datis quoddeforis est calicis & parapsidis: intus
autē plenisunt rapina & inmunditia; Pharisaeę
cęcę: munda prius quodintus est calicis & pa
rapsidis: ut fiat & idquod deforis est mundum.

Ve uobis scribae & pharisaei hypocritę: quia similes
estis sepulchris dealbatis: quae aforis parent
hominibus speciosa: intus uero plenasunt

ossibus mortuorum · & omni spurcitia ; Sic & uos
aforis quidem paretis hominibus iusti · Intus
autem pleni estis hypocrisi & iniquitate ·

Ꝑ cexxxiiii
℔ cxl

Vae uobis scribe & pharisaei hypocrite · qui aedi
ficatis sepulchra prophetarum · & ornatis monumen
ta iustorum & dicetis ; Si fuissemus in diebus patrum
nostrorum · non essemus socii eorum in sanguine
prophetarum ; Itaque testimonio estis uobis metip
sis · quia filii estis eorum · qui prophetas occiderunt ;

Ꝑ cexxxiiii ·
℔ cxl

Et uos · implete mensuram patrum uorum ; serpen
tes genimina uiperarum · Quomodo fugietis
a iudicio gehennae ·

Ꝑ cexl
℔ clxi

Ideo · ecce ego mitto ad uos prophetas · & sapi
entes · & scribas · & ex illis occidetis · & crucifigetis ·
& ex eis flagellabitis in synagogis uestris · Et per
sequemini de ciuitate in ciuitate · ut ueniat
super uos omnis sanguis iustus · qui effusus est
super terram ; A sanguine abel iusti · usq; ad san
guinem zachariae filii barachiae · quē occidis
tis inter templum & altare ; A mendico uobis · ue

XXIII. nient hęcomnia super generationem istam.
Hierusalem hierusalem quae occidis
prophętas & lapidas eos qui ad te missi sunt.
Quotiens uolui congregare filios tuos quemad
modum gallina congregat pullos suos sub alas suas
& noluisti. Ecce relinquetur domus uestra deserta.
Dico enim uobis. non me uidebitis amodo
donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine dni.
Et egressus ihs de templo ibat. Et accesserunt discipuli
eius ut ostenderent ei aedificationes templi.
Ipse autem respondens dixit illis. Uidetis hęc
omnia. Amen dico uobis non relinquetur
hic lapis super lapidem qui non destruatur.
Sedente autem eo super montem oliueti accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes. Die nobis
quando hęc erunt & quod signum aduentus tui
& consumationis sęculi. Et respondens ihs dixit
eis. Uidete ne quis uos seducat. Multi enim
uenient in nomine meo dicentes. Ego sum xps
& multos seducent. Audituri enim estis plia

&opiniones prophetarum. Videte: ne turbemini. Oportet
enim haeresies: sed nondum est finis. Consurget enim
gens in gentem. & regnum in regnum: & erunt pesti
lentiae. & fames. & terrae motus per loca. haec autem
omnia: initia sunt dolorum.

Tunc tradent vos in tribulationem. & occident vos:
& eritis odio omnibus gentibus: propter nomen meum.

Et tunc scandalizabuntur multi. & invicem tradent:
& odio habebunt invicem. et multi pseudoprophetae
surgent: & seducent multos. et quoniam abundabit
iniquitas: refrigescet caritas multorum. Qui autem
perseveraverit usque in finem: hic salvus erit.

Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo
orbe. in testimonium omnibus gentibus: & tunc
veniet consummatio.

Cum ergo videritis abominationem desolationis.
quae dicta est a daniele propheta stantem
in loco sancto: qui legit. intellegat.

Tunc qui in iudea sunt. fugiant ad montes: & qui
in tecto. non descendat tollere aliquid de domo

sua. Qui in agro. non reuertatur tollere tunicā suā.

Ve autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.

Orate autem. ut non fiat fuga uā. hieme sabbato.

Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit
ab initio mundi usque modo. neq; fiet.

Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua
omis caro; sed ppter electos. breuiabuntur dies illi.

Tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic xpi aut illic. no
lite credere.

Surgent enim pseudo xpi & pseudo pphetae. &
dabunt signa magna & prodigia. ita. ut in errorē
inducantur si fieri potest & iam electi. Ecce pre
dixi uobis.

Si ergo dixerint uobis. ecce in deserto est. nolite
exire. Ecce in penetrabilibus. nolite credere.

Sicut enim fulgor exit a oriente. & pare usq;
in occidentem. Ita erit & aduentus filii hominis.

Ubicumq; fuerit corpus. illuc congregabuntur aquilę.

Statim autem post tribulationē dierū illorū.
sol obscurabitur. & luna non dabit lumen suū.

&stellę cadent de cęlo. & uirtutes cęlorum com
mouebuntur; Et tunc apęrebit signum filii homi
nis in cęlo. ⁊

Et tunc plangent omnes tribus terre: & uidebunt
filium hominis uenientem in nubibus cęli. cū
uirtute multa. & maiestate; Et mittet angelos
suos cum tuba & uoce magna: & congregabunt
electos eius a quatuor ventis. A summis cęlorū
usq; ad terminos eorum. ⁊ A barbore autem fici
discite parabolam. ⁊ Cum iam ramus eius tener
fuerit & folia nata: scitis. quia propest aestas;
Ita & uos cum uideritis hęc omnia: scitote
quia propeest in ianuis. ⁊ Amen dico uobis:
quia non preteribit. haec generatio. Donec hęc
omnia fiant. ⁊ Cęlum & terra transibunt:
uerba uero mea non preteribunt. ⁊

De die autem illa & hora nemo scit: neque
angeli cęlorum. nisi pater solus. ⁊

Sicut autem in diebus noe: ita erit & aduen
tus filii hominis. ⁊ Sicut enim erant in dieb;

ante diluuium · comedentes · & bibentes · nubentes
& nuptum tradentes · usq; ad eum diem · quo introi
uit noe arcam noe · Et non cognouerunt · donec uenit
diluuium · & tulit omnes · sic erit & aduentus
filii hominis ·

Tunc duo erunt in agro · unus adsumetur · &
unus relinquetur · Duo molentes in mola · una
adsumetur & una relinquetur ·

Duo in lecto · unus assumet · & unus relinquetur ·

Vigilate ergo · quia nescitis qua hora dns uest
uenturus sit ·

Illud autem scitote · quo si sciret pater fami
lias qua hora fur uenturus esset · uigilare &
utique · & non sinere & perfodi domum suā ·
Ideo & uos estote parati · quia qua nescitis
hora · filius hominis uenturus est ·

Quis putas est fidelis seruus & prudens · quem
constituit dominus suus supra familiam
suā · ut det illis cibum in tempore ·

Beatus ille seruus · quem cū uenerit dominus
eius · inuenerit sic facientē · Amēn dico uob ·

quo super omnia bona sua constituet eum.

dn̄ celxuij. Solxij.

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo:
moram facit dominus meus uenire: & cœperit
percutere conseruos suos: manducet autē & bibat
cum ebriosis. Ueniet dominus serui illius in die
qua non sperat. & hora qua ignorat: & diuidet eū.
partemque eius ponet cum hypocritis: Illic erit
fletus & stridor dentium.

dn̄ celxuij X Sol

Tunc simile erit regnum cœlorum decem uirginib;
quę acceptientes lampades suas: exierunt obuiā
sponso & sponsę. Quinq; autem exeis erant fa
tuae: & quinque prudentes. Sed quinq; fatuę:
acceptis lampadibus: non sumpserunt oleū secum;
Prudentes uero: acceperunt oleum in uasis suis
cum lampadibus. Morā autē facientē spon
so: dormitauerunt omnes: & dormierunt.
Media autem nocte: clamor factus est: Ecce
sponsus uenit: exite obuiam ei. Tunc surrexe
runt omēs uirgines illę: & ornauerūt lampa
des suas. Fatuę autem: sapientibus dixerunt;

Date nobis de oleo uro: quia lampades nre ex
tinguntur. Responderunt prudentes dicentes.
Ne forte non sufficiat nobis & uobis: ite potius
ad uendentes. & emite uobis. Dum autem irent
emere: uenit sponsus: & que parate erant intra
uerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua.
Nouissime uero: uenerunt & relique uirgines
dicentes. Domine dne: aperi nobis. At ille
respondens: ait. Amen dico uobis: nescio uos.
Uigilate itaq; quia nescitis diem neq; hora.

Dn̄ec lxxxuiij.
Dn̄ elim.
Lccxxxuiii.

Sicut enim homo peregre profiscens: uocauit
seruos suos: & tradidit illis bona sua.

Dn̄ec lxx
Lccxxxuij.

Et uni dedit quinq; talenta: alii aut̄ duo: alii
uero unum. Unicuiq; secundu ppriam uirtut̄:
& profectus est statim. Abiit autem qui quinq;
talenta acceperat: & operatus est in eis: & lucra
tus est alia quinq;. Similiter qui duo accepe
rat: lucratus est alia duo. Qui autem unu
acceperat: abiens fodit in terra: & abscondit
pecuniā domini sui. Post multu uero tēporis:

uenit dominus seruorum illorum: & posuit ratio
nem cum eis. Et accedens quinque talenta acce
perat: obtulit alia quinque talenta dicens.
Domine: quinque talenta mihi tradidisti: ecce
alia quinque super lucratus sum. Ait illi dominus
eius. Euge bone serue & fidelis: quia super pauca
fuisti fidelis. super multa te constituam: intra
in gaudium domini tui. Accessit autem & qui
duo talenta acceperat: & ait. Domine: duo
talenta mihi tradidisti: ecce alia duo lucra
tus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bo
ne & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis:
super multa te constituam. Intra in gaudiū:
domini tui. Accedens autem & qui unum
talentum acceperat: ait. Domine: scio quia
homo durus es: metis ubi non seminasti & con
gregas ubi non sparsisti. Et timens abii & abscon
di talentum tuum in terra. ecce habes quod
tuum est. Respondens autem dominus eius:
dixit ei. Serue male & piger: sciebas quia meto.

ubi nonsemino · & congrego ubi nonsparsi; Oportuit
ergo te committere pecuniam meam num
mulariis · Et ruemens ego · recepisse utiq; quod
meum est cum usura ·; Tollite itaq; abeo talen
tum · & date ei · qui habet decem talenta ·;

Omni enim habenti dabitur & habundabit ·;
Et a autem qui non habet · & quod uidetur habere ·
auferetur abeo ·;

Et inutilem seruum · eicite in tenebras exterio
res · Illic erit fletus · & stridor dentium ·;

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate
sua · & omnes angeli cum eo · tunc sedebit super sedem
maiestatis suę · Et congregabuntur ante eum omnes
gentes; & separabit eos ab inuicem · sicut pastor
segregat oues ab haedis; Et statuet oues quidem
a dextris suis · hedos autem a sinistris; Tunc dicet
rex his · qui a dextris eius erunt ·; Uenite bene
dicti patris mei · possidete paratum uobis
regnum · a constitutione mundi ·; Esuriui enim ·
& dedistis mihi manducare; Sitiui · & dedistis

mihi bibere. Hospes eram: & collegistis me. Nudus:
& operuistis me. Infirmus: & uisitastis me. In carcere
eram: & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei
iusti dicentes. Dne: quando te uidimus esurientem.
& pauimus: sitientem. & dedimus tibi potum?
Quando autem te uidimus hospitem. & collegi
mus te? Aut nudum. & cooperuimus te? Aut quan
do te uidimus infirmum. aut in carcere. Et uenimus
ad te? Et respondens rex: dicet illis. Amen dico
uobis: quandiu fecistis uni de his fratribus meis
minimis: mihi fecistis. Tunc dicet & his quia si
nistris erit. Discedite a me maledicti in igne
aeternum: qui paratus est diabolo & angelis eius.
Esuriui enim: & non dedistis mihi manducare.
Sitiui: & non dedistis mihi potum. Hospes eram:
& non collegistis me. Nudus: & non operuistis me.
Infirmus & in carcere: & non uisitastis me. Tunc respon
debunt ei & ipsi dicentes. Dne: quando te uidi
mus esurientem. aut sitientem. aut hospitem. aut
nudum. aut infirmum. uel in carcere. & non ministra

uimus tibi? Tunc respondebit illis dicens, Amen
dico uobis: quamdiu fecistis uni de minoribus his:
nec mihi fecistis. Ibunt hi in supplicium aeternum:
XXIII. Iusti autem in uitam aeternam.

ET FACTUM EST, CUM CONSUMASSET IHC
sermones hos omnes: Dixit discipulis suis,
m̄ cclxxxiii. m̄ elxii. l cclx lo xx. Scitis quia post biduum pascha fiet: & filius ho
minis tradetur ut crucifigatur.
m̄ cclxxxv m̄ elxiii. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores
populi in atrium principis sacerdotum: qui dice
batur caiphas, & consilium fecerunt: ut ihm̄ dolo
tenerent & occiderent. Dicebant autem, Non in die
festo: ne forte tumultus fiat in populo.
m̄ cclxxxvi m̄ elxiiii. l lxxxiii. lo xcviii. Cum autem esset ihs in bethania in domo simonis
leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum
unguenti pretiosi: & effudit super caput ipsius
recumbentis. Videntes autem discipuli: indig
nati sunt dicentes, Ut quid perdicio hęc? Potuit
enim istud uenundari multo: & dari paupe
ribus. Sciens autem ihs: ait illis, Quid molesti

aestis mulieri: Opus bonum operata est in me; Nā
semper pauperes habetis uobiscum: me autē non
semper habetis.

Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum:
ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis: Ubi cūq;
prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo:
dicetur: & quod hæc fecit: in memoriam eius.

Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas
scariot: ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid
uultis mihi dare: & ego uobis eum tradam:
At illi: constituerunt ei triginta argenteos; Et ex
inde quærebat opportunitatē: ut eum traderet.
Prima autem azimorum: accesserunt discipuli
ad ihm dicentes, Ubi uis paremus tibi comede
re pascha: at ihs dixit, Ite in ciuitatē ad quendā:
& dicite ei, Magister dicit: tempus meum pro
pe est: apud te facio pascha cum discipulis meis.
Fecerunt discipuli: sicut constituit illis ihs:
& parauerunt pascha.

Vespere autē facto: discumbebat cum duodecī

ō eclxxxii
r IIII
ō clxiii.
l xxxiii.

ō eclxxxiii.
r III
ō clx
l eclxiii.

ō eclxxxiiii.
r IIII
ō clxi
lo cxxi.
& lxxii.

discipulis suis, Tradentibus illis dixit, Amen dico uobis
quia unus ex uobis me tradituus est.

Ter cclxxx
Ter clxii
T cclxxxiiii.
Ia cxxii.

Et contristati ualde ceperunt singuli dicere,
Numquid ego sum domine?

Ter cclxxxi
Ter clxiii
T cclxxxiiii.

At ipse respondens ait, Qui intingit mecum manum
in parapside hic me tradet, Filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de illo,

Ter cclxxxii.
Ter clxiiii.

Ve autem homini illi per quem filius hominis tra
detur, Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille,

Ter cclxxxiiii.
Sol

Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit,
Numquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti,

Ter cclxxxiiii.
Ter clxv
T cclxxxv
Ia lxxv.

Cenantibus autem eis accepit ihs panem & benedixit ac fregit dedit q; discipulis suis & ait,
Accipite & comedite hoc est corpus meum,
Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens,

Ter cclxxxv
Ter clxvi
T cclxxvi.
& cclxxvii.

Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus
noui testamenti qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorum, Dico autem uobis, Non
bibam amodo de hoc genimine uitis usque
in diem illum cum illud bibam uobiscum nouum

in regno patris mei ⁊

Et hymno dicto exierunt in monte oliueti ⁊

Tunc dicit illis ihc ⁊ omnes uos scandalizati
patiemini in me in ista nocte ⁊

Scriptum est enim percutiam pastorem & dispergentur oues gregis ⁊ Postquam autem resurrexero
precedam uos in galileam ⁊

Respondens autem petrus ait illi ⁊ Etsi omnes scandalizati fuerint in te ego numquam scandalizabor ⁊
Ait illi ihs ⁊ Amen dico tibi quia in hac nocte
ante quam gallus cantet ter me negabis ⁊

Ait illi petrus ⁊ Etiam si oportuerit me mori tecum
non te negabo ⁊ Similiter & omnes discipuli dixerunt ⁊

Tunc uenit ihs cum illis in uillam que dicitur
gethsemani

Et dixit discipulis suis ⁊ Sedete hic donec uadam
illuc & orem ⁊ Et tradsumpto petro & duobus filiis
zebedei cepit contristari & mestus esse ⁊

Tunc ait illis ⁊ Tristis est anima mea usq; ad mortem ⁊ Sustinete hic & uigilate mecum ⁊

Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans
& dicens, Mi pater si possibile est transeat a me
calix iste.

Verumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu. Et uenit
ad discipulos & inuenit eos dormientes, & dicit petro,

Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Uigilate
& orate ut non intretis in temptationem.

Spiritus quidem promptus est caro autem infirma.

Iterum secundo abiit & orauit dicens, Pater
mi si non potest hic calix transire nisi bibam
illum fiat uoluntas tua. Et uenit iterum &
inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum
grauati. Et reliquit illos.

Iterum abiit & orauit tertio eundem sermonem
dicens.

Tunc uenit ad discipulos suos & dicit illis, Dormi
te iam & requiescite. Ecce adpropinquabit hora
& filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce adppinquabit qui me tradet.

Adhuc ipso loquente ecce iudas unus de duodecim

uenit. & cum eo turba multa cum gladiis & fusti
bus missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi;
ℳ ccci. ℳ l elxxxii. L ccl xxxvi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens,
Quē cumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum.
Et confestim accedens ad ihū, dixit, Aue rabbi,
& osculatus est eum. Dixitque illi ihs, Amice, ad
quod uenisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt
in ihū, & tenuerunt eum.
ℳ cccii. ℳ l elxxxiii. L ccl xxxvii. Io clx Et ecce unus ex his qui erant cum ihū, extendens
manum exemit gladium suū, & percutiens ser
uum principis sacerdotum, ampputauit auriculā ei.
ℳ ccciii X S ol Tunc ait illi ihs, Conuerte gladium tuū in locū
suum. Omnes enim qui acceperint gladium,
gladio peribunt. An putas, quia non possum
rogare patrē meū, & exhibebit mihi modo
plusquam duodecim legiones angelorum? Quo
modo ergo implebuntur scripturę? Quia sic
oportet fieri.
ℳ cccliii. ℳ l elxxxiii. L ccl xxxviii. Io clxi In illa hora, dixit ihs turbis, Tanquam ad la
tronem existis cum gladiis & fustibus, conpre

hendere me. Cotidie apud uos sedebam docens in
templo: & non me tenuistis.

Hoc autem totum factum est: ut impleretur scrip
ture prophetarum. Tunc discipuli omis: relicto
eo fugerunt.

A illi tenentes ihm: duxerunt ad caiphan princi
pem sacerdotum: ubi scribe & seniores conuenerant.

Petrus uero: sequebatur eum alonge: usq; in atrium
principis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat
cum ministris: ut uideret finem.

Principes autem sacerdotum & omne concilium: que
rebant falsum testimonium contra ihm: ut eum
morti traderent. Et non inuenerunt: cum multi falsi
testes accessissent.

Nouissime autem: uenerunt duo falsi testes: & dixe
runt. Hic dixit. Possum destruere templum dei:
& post triduum reaedificare illud. Et surgens
princeps sacerdotum: ait illi. Nihil respondes
ad ea quae isti aduersum te testificantur? Ihs
autem: tacebat. Et princeps sacerdotum: ait illi.

Adiurote perdm uiuum: indicas nobis si tues xps.
filius di; Dicit illi ihs; Tu dixisti;

Tn cccx
Sh I exci.
L cccxxiii.
Io lxxiiii.

Verumtam: dico uobis; A modo uidebitis filium
hominis sedente adextris uirtutis: & uenientē
in nubibus celi;

Tn cccxi
Sh II excii.

Tunc princeps sacerdotum: scidit uestimenta sua
dicens; Blasphemauit; Quid adhuc egemus testib;?

Tn cccxii.
Sh III exciii.
L cccxxiiii.

Ecce nunc audistis blasphemiam: quid uobis uī
detur? At illi respondentes dixerunt; Reus
est mortis;

Tn cccxiii.
Sh I exciiii.
L cccxiiii.
Io clxxxii.

Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum
ceciderunt; Alii autem: palmas ei in faciem
dederunt. dicentes; Prophetiza nobis xpe:
quis est. quite percussit.

Tn cccxiiii.
Sh I cxcv.
L cccxcv.
Io clxxiiii.

Petrus uero: sedebat foris in atrio; Et accessit adeū
una ancilla dicens; Et tu cum ihū galileo erat;
At ille: negauit coram omnibus dicens; Nescio
quid dicis;

Tn cccxv.
Sh X cxcvi
L cccxcvi.
Io clxxv.

Exeunte autem illo ianuam: uidit eum alia
ancilla. & ait his qui erant ibi; Et hic erat cum

ihū nazareno ; Et iterum negauit cum iuramento :
quia nonnoui hominem ; Et post pusillū : accesse
runt quistabant & dixerunt petro ; Vere : & tu
ex illis es ; Nam & loquela tua manifestum te
facit ; Tunc cepit detestatur & iurare : quia non
nouisset hominem ; Et continuo : gallus cantauit ;

Et recordatus est petrus uerbi ihū · quod dixerat ·
priusquā gallus cantet · ter me negabis ; & egres
sus foras · fleuit amare ·

Mane autem facto : consilium inierunt omēs prin
cipes sacerdotum · & seniores populi aduersus
ihm : ut eum morti traderent ;

Et uinctum adduxerunt eum : & tradiderunt
pontio pilato presidi ;

Tunc uidens iudas quieum tradidit · quod damp
natus esset : paenitentia ductus : retulit tri
ginta argenteos principibus sacerdotū · & seni
oribus dicens ; Peccaui : tradens sanguinem
iustum ; At illi dixerunt ; Quid ad nos ? tuum de
ris ; Et proiectis argenteis in templo · recessit ·

abiens laqueo sesuspendit. Principes autem sa
cerdotum: acceptis argenteis dixerunt. Non li
cet mittere eos in corbonan: quia pretium sangui
nis est. Consilio autem inito: emerunt ex illis
agrum figuli in sepulturam peregrinorum.
Propter hoc uocatus est ager ille achel demach:
hoc est ager sanguinis usq; in hodiernum diem.
Tunc impletum est: quod dictum est per heremiam
prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argen
teos: pretium adpreciati: quem adpretiauerunt a filiis
israhel: & dederunt eos in agrum figuli: sicut con
stituit mihi dns.

Tn ccccxx
Dn I
Lccccij.
Lo dlxxxiiij.

Ihs autem stetit ante presidem. & interrogauit eum
princeps dicens. Tues rex iudeorum? Dicit illi ihs.
Tu dicis.

Tn ccccxxi.
Dn IIII
Dn ccc
Lo cxxxij.
& dlxxx.

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum & seniorib
ribus: nihil respondit. Tunc dicit illi pilatus.
Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?
Et non respondit ei ad ullum uerbum: ita ut
miraretur princeps uehementer.

Perdiem autē sollempnem consueuerat presses
dimittere populo unum uinctū quēuoluissent;
Habebat aut̄ tunc unū uinctū insignem quidice
bat̄ barabbas; Congregatis ergo illis dixit pilat̄;
Quemuultis dimittam uobis barabban an ihm̄
quidicitur xpē? Sciebat enim quodperinui
diam tradidissent eum;
Sedente autem illo protribunali misit adillum
uxor eius dicens; Nihil tibi cū iusto illi; Multa
enim passa sum hodie peruisum propter eum;
Principes autem sacerdotum cū seniores persuase
runt populis utpeterent barabban ihm̄ uero
perderent; Respondens autem presses at illis;
Quemuultis uobis deduobus dimitti? At illi
dixerunt; Barabban;
Dicit eis pilatus; Quid enim mali fecit? At illi
magis clamabant dicentes; Crucifigatur;
Videns autem pilatus quia nihil pficere sed
magis tumultus fieret accepta aqua lauit
manus coram populo dicens; Innocens egosum

th Quid igit̄ faciā de ihu q̄ dicit̄ xpe? dicunt omes cruci figat̄; At illi presses;

a sanguine iusti huius. uos uideritis. Et respondens
uniuersus populus. dixit. Sanguis eius super nos.
et super filios nros. ⁊

Tunc dimisit illis barabban. ihm autem flagella
tum tradidit eis. ut crucifigeretur. ⁊

XXVIII.

Tunc milites presidis suscipientes
ihm in pretorio. congregauerunt ad eum uni
uersam cohortem. Et exuentes eum. clamidem
coccineam. circumdederunt ei. Et plectentes
coronam de spinis. posuerunt sup caput ei.
et harundinem in dextera eius. Et genu flexo
ante eum. illudebant dicentes. Aue. rex iudeorum.
Et expuentes in eum. acceperunt harundinem.
et percutiebant caput eius. Et postquam illuse
runt ei. exuerunt eum chlamide. et indue
runt eum uestimentis eius. et duxerunt ut
crucifierent. ⁊

Exeuntes autem. inuenerunt hominem cyrineum
nomine simonem. Hunc angariauerunt. ut
tolleret crucem eius. ⁊

Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha · quod est
caluariae locus ·

Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum · Et cum
gustasset noluit bibere ·

Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt
uestimenta eius · sortem mittentes · Et sedentes
seruabant eum ·

Et inposuerunt super caput eius causam ipsius scrip
tam · hic est ihs rex iudeorum ·

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones · unus
a dextris · & unus a sinistris ·

Praetereuntes autem blasphemabant eum · moven
tes capita sua · & dicentes · Uuah qui destruit
templum di & in triduo illud reaedificat · salua
temet ipsum · Si filius di es descende de cruce ·

Similiter & principes sacerdotum · inludentes
cum scribis & senioribus dicebant · Alios saluos
fecit · seipsum non potest saluum facere · Si rex israel
descendat nunc de cruce · & credemus ei · Confidit
in do · liberet nunc eum si uult · Dixit enim · quia

Idipsum autem & latrones · qui cruci fixi erant cum eo ·
improperabant ei ·

A sexta autem hora · tenebre facte sunt super uniuer
sam terram · usq; ad horam nonam ·

Et circa horam nonam · clamauit ihs uoce magna
dicens · Heli · heli · lamazabthani · hoc est · ds ms ·
ds ms · ut quid dereliquisti me · Quidam autem illic
stantes · & audientes · dicebant · Heliam uocat iste ·

Et continuo cursens unus exeis · acceptam spongiam
impleuit aceto · & imposuit harundini · & dabat
ei bibere ·

Ceteri uero · dicebant · Sine · uideamus · an ueniat
helias liberans eum · Ihs autem · iterum clamans
uoce magna emisit spm ·

Et ecce uelum templi scissum est in duas partes ·
a summo · usque deorsum ·

Et terra mota est · & petre scissae sunt · & monumen
ta apertasunt · & multa corpora sanctorum · qui
dormierunt · surrexerunt · Exeuntes de monu

mentis post resurrectionem eius: uenerunt in sancta
ciuitate: & apparuerunt multis.

Centurio autem. & qui cum eo erant custodientes
ihm: uiso terre motu. & his que fiebant timuerunt
ualde dicentes. Vere: di filius erat iste.

Erant autem ibi mulieres multe alonge: que se
quutae erant ihm a galilea. ministrantes ei.
Inter quas erat maria magdalena: & maria iacobi:
& ioseph mater: & matri filiorum zebedei.

Cum sero ante factum esset: uenit quidam homo
diues abarimathia. nomine ioseph: qui & ipse
discipulus erat ihu. Hic accessit ad pilatum: &
petiit corpus ihu. Tunc pilat: iussit reddi corpus.

Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in sin
done munda: & posuit illud in monumento
suo nouo: quod excciderat in petra. Et ad uolui
saxum magnum ad ostium monumenti: & abiit.

Erat autem ibi maria magdalena: & altera
maria: sedentes contra sepulchrum.

Altera autem die que est post parasceuen:

conuenerunt principes sacerdotum & pharisaei ad
pilatum dicentes. Domine. recordatisumus. quia
seductor ille dixit adhuc uiuens. post tres dies
resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum. usq;
in diem tertium. ne forte ueniant discipuli ei
& furentur eum. Et dicant plebi. surrexit a mor
tuis. Erit nouissimus error. peior priore. Ait
illis pilatus. Habetis custodiam. ite. custodite
sicut scitis. Illi autem abeuntes. munierunt se
pulchrum. signantes lapidem. cum custodibus.

Feria v. Feria I. Lectio xxxxi. Lectio xxxxiii. Lectio xxxiiii.

Vespere autem sabbati. que lucescit in prima sab
bati. uenit maria magdalene. & altera maria.
uidere sepulchrum. Et ecce. terre motus factus
est magnus. Angelus enim dni descendit de
celo. & accedens reuoluit lapidem. & sedebat
super eum. Erat autem aspectus eius sicut
fulgor. & uestimentum eius sicut nix.

Feria vi. Feria II. Lectio xxxxii. Lectio xxxxiiii.

Pre timore autem eius exterriti sunt custodes.
& facti sunt uelut mortui. Respondens autem
angelus. dixit mulieribus. Nolite timere uos.

Scio enim · quod ihm̄ qui crucifixus est quęritis ;
Non est hic ; Surrexit enim · sicut dixit ; Venite · et
videte locum · ubi positus erat dn̄s ; Et cito euntes
dicite discipulis eius · quia surrexit ; & ecce · p̄cedet
vos in galileam ; Ibi eum videbitis · ecce dixi vobis ;

Feria iiii
s. II
m. cxxxxiiii ·
l. cccxxxiiii.

Et exierunt cito de monumento · cũ timore & gau
dio magno currentes · nunciare discipulis eius ;

Feria v
X
s o l

Et ecce ihs · occurrit illis dicens ; Avete ; Illę autẽ
accesserunt & tenuerunt pedes eius · & adoraue
runt eum ; Tunc ait illis ihs ; Nolite timere ; Ite ·
nunciate fratribus meis · ut eant in galileam ·
ibi me videbunt ; Quę cum abissent · ecce quidã
de custodibus venerunt in ciuitatem · & nuntia
verunt principibus sacerdotum · omnia quę fac
ta fuerant ; Et congregati cum senio ribus · consilio
accepto · pecuniam copiosam dederunt mili
tibus dicentes ; Dicite · quia discipuli eius noc
te venerunt · & furati sunt eum · nobis dormi
entibus ; Et si hoc auditum fuerit a preside ·
nos suadebimus ei · & securos vos faciemus ;

Milli accepta pecunia: fecerunt sicut erant doci;
Et diuulgatum est uerbum istud apud iudeos: usq;
in hodiernum diem. Undecim autem discipuli
abierunt in galileam: in montem ubi constituerat
illis ihs. Et uidentes eum: adorauerunt; quidam
autem: dubitauerunt. Et accedens ihs: locutus est
eis dicens. Data est mihi omis potestas: in celo
& in terra. Euntes ergo: docete omis gentes: bapti
zantes eos in nomine patris: & filii: & spis sci; do
centes eos seruare omnia: quecumq; mandaui
uobis. Et ecce ego uobiscum sum omibus diebus:
usq; ad consummationem seculi.

EXPL· EUANGELIU SCUM MATHAEUM
INCIPIT PRETATIO· EUANGL SCUM MARC·

MARCUS EUANGELISTA DI·

Petri in baptismate filius· atq; indi
uino sermone discipulius· sacerdo
tium israhel agens secm carnem leuita con
uersus ad fidem xpi euangelium in italia scrip
sit· Ostendens in eo quid & generi suo debere

expo · Nam initium principii inuoce pphetice ex
clamationis instituens ordinē leuitice electionis
ostendit. Ut pdicans predistinatum iohannem
filium zachariae inuoce angeli adnuntiatis
emissum. Non solum uerbū caro factum sed eos
pus dni inomia peruerbum diuine uocis ani
matum. Initio euangelice pdicationis ostendere;
Utquibec legens scire cui initium carnis indno
ihū aduenientis habitaculum caro debere
agnoscere. Atque inse uerbum uocis quod incon
sonantibus perdiderat inueniret. Deniq; ad per
fecti euangelii opus intrasset abaptismo dni
pdicat dm inchoans non laborauit natiuitatē
carnis quia in prioribus uiderat dicere. sed totis
inexprimens expositionē deserti ieiunium nu
meri temptationē diaboli. Congregationem
bestiarum · ministerium protulit angelorū.
Ut instituens nos ad intellegendū singula in
breui conpingens nec auctoritatē facie rei
demere · ad perficiendi operis plenitudinem

nonnegare. Demque amputasse sibi post fidē po
licem dicitur. ut sacerdotio reprobus haberetur.
sed tantum consentiens fidei predistinata potuit
electio. ut necesse inopere uerbi perdere quod
prius meruerat ingenere. Nam alexandriae
epī fuit. Cuius per singula opus scire & euange
lii in se dicta disponere & disciplinā in se legis
agnoscere. & diuinā in carne dnī intellegere na
turam que in nos primū requiri. Dehinc inquisita
uolumus agnosci habentes mercedem exhortati
onis. Quō qui plantat. & qui rigat unum sunt.
Qui autem incrementum prestat dī est.

EXPLICIT ARGUMENTŪ
INCIPIT BREUIARIUM ; ✠

I. DE IOHANNE BAPTISTA ET UICTU
& habitu eius de baptismo ihū. & temptatio ei.
petrū. andream. iacobum. & iohannē sequi ubi &.
de homine qui spiritū inmundū habuit sanato.

II. DE SOCRU PETRI A FEBRIBUS LIBERATA
& aliis multis quos ihs saluauit. De leproso.

De paralytico iacobum alphei sequi iubet apud
quem cũ publicanis conuiuat murmurantibus iu
daeis dicit · non esse opus sanis medicus · De ieiunis
discipulorum & filius sponsi & de uestibus & de uino ·

·III· Despicis quasi discipuli uellebant de o
quimanum aridam habuit · & ubi dęmones ihm̃ con
fitentur · Duodecim apostolorum electio · De beel
zebub principe dęmoniorum & fortiore ligando ·
& peccanti in spũ sc̃o non remitti ·

·IIII· De matre et fratribus eius ·
De parabola seminantis · lucernam sub modio · de
bona mensura · De parabola herbe spicę & plenũ
fructum · De sinapis grano · ubi in naui dormit
& exsurgens tempestati imperat · & de dęmonę
cui nomen legio fuit

·V· Archisinagoge filiã ducit et resuscita
re mulierem a profluuio sanguinis liberat ·
puellam suscitat prophetã in patria sua sine
honore esse · Duodecim discipulis pręcepta
dat & premittit eis · de capite iohannis ·

·VI· REGRESSI APOSTOLI AD IHŪ DE QUINQUE
panibus & duobus piscibus ihū ambulans supra mare
uenit ad discipulos · De diuersis languoribus sana
tis & manibus · Et quod nonque intrant in homine
coinquinat hominem ·

·VII· De filia syrophynisse a demonio saluata · ubi
surdum & mutum curauit · De septē panibus in
quattuor milia hominum · Pharisaeis quęrentib;
abeo signum · monet cauere a fermento pharisae
orum & herodianorum · De puto cęco oculos
aperuit · Petrus confitetur ipse esse xpm & eidē
petro dicit satanas · a negantem se negaturum ·
Et quosdam non uisuros mortē nisi uiderint
regnum dī · In monte cū moyse & helia con lo
quitur · Unde descendens interrogatus de helia
aduentu · Dicit eum uenturū · sed etiam uenisse
non eici posse spiritum immundum nisi p
orationem & ieunium ·

·VIII· Vt qui uult primus esse fiat nouissimus
& non esse prohibendum qui in nomine eius

uirtutem facit · & de calice aquę frigide a oculo
manu & pede eruendo · & bonum est sal · uxorem
non debere dimitti · Infantes non arguentes uen
ditis omnibus elemosynam dandam & difficile
diuitē intrare in regnum dī ·

·VIIII· Que ei essent uentura p̄dicit de filiis zebedęi ·
De cęco mendicante curato de pullu asine de
nummularis e templo eiectis · de ficulnea quę
arefacta est · de peccatis fratrum remittendis

·X· Interrogatus in qua potestate hac facere ·
De iohannis baptismo interrogat parabola de
uinea & colonis de denario cęsaris · de muliere
quę septem fratres habuit & scribe dicit non
longe a regno dī · atq; interrogat quomodo
dicitur xp̄s filius dauid monet cauendum
a scribis · de iudica & gazophilacio · & de templi
structura ·

·XI· De pseudo xp̄is & passione martyrū & com
motione sci · & aduentu xp̄i · De arbore ficus
parabolam & quo die iudicii nemo sciat

propt̄ quod docet uigilandum

XII. De unguento supra caput ihū effuso.
Judas sacerdotibus dnm̄ prodet apparatus
pasche dnī dicit abuno eorum se tradendum
oblatio petro predicit negaturum orationes
ihū traditio iude iudeis.

XIII. Principes interrogant ihm̄ et condemp
nant eum petrus · tertio negat ihs̄ pilato
traditur · Pilatus dimisso barabba · ihm̄ fla
gellatum crucifigendum tra dit passio
ihū & sepultura · & resurrectio eius ex mortuis;
Post resurrectionem mandata · & ascensio eius
in celis.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Sv
11
Sem.
L Lex.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

ihū xpi filii dei sicut scriptum est in isaia pphe-
ta; Ecce mitto angelum meū ante faciē tuā:
qui ppparabit viam tuam ante te;

ℏ ii.
ℏ viii.
ℓ vii
ℓ x.

Vox clamantis in deserto: parate viam dni. rectas
facite semitas eius.;

ℏ iii.
ℏ viii.

Fuit iohannes in deserto baptizans. & pdicans
baptismum penitentiae. in remissionē peccatorū;
Et egrediebatur ad illum omnis iudeae regio.
& hierosolymitę universi: & baptizabantur ab illo
in iordane flumine. confitentes peccata sua;

I

ℏ iiii.
ℏ xi
ℓ x
lo xiii

Et erat iohannes vestitus
pilis cameli: & zona pellicea circa lumbos eius.;
Et locustas. & mel silvestre edebat. & pdicabat
dicens.; Venit fortior me post me: cuius nsū
dignus procumbens solvere corrigiam calciam
torum eius.;

ℏ x.
ℏ xiii
ℓ xiii.
ℓ xx.

Ego baptizavi vos i aqua: ille vero baptizabit
vos spū ēo.; Et factum est in diebus illis: ve-
nit ihs a nazareth galileae. & baptizatus est
in iordane a iohanne; Et statim ascendens de

aqua. uidit apertos celos. & spm tamquam co
lumbam descendentem. & manentem in ipso.
Et uox facta est de celis. Tues filius meus dilectus.
in quo conplacui.

ch. vi
ch. xv
L. xv. Et statim sps expulit eum in desertum. Et erat in
deserto quadraginta diebus. & quadraginta noc
tibus. & temptabatur a satana.

ch. vii
ch. xvii Erat que cum bestiis. & angeli ministrabant illi.

ch. viii
ch. xviii
lo. xxxii Postquam aut traditus est iohannes. uenit ihs
in galileam.

ch. viii
ch. xx Predicans euangelium regni di. & dicens. Quo
impletum est tempus. & adpropinquabit regnu
di. Penitemini. & credite euangelio. Et pteri
ens secus mare galilee. uidit simonem & an
dreā fratrem eius. mittentes rete in mare.
Erant enim piscatores.

ch. x
ch. xxi
L. xxxii. Et dixit eis ihs. Uenite post me. & faciam uos
fieri piscatores hominu. Et protinus relictis
retibus sequuti sunt eum.

ch. xi
ch. xxii Et progressus inde pusillu. uidit iacobu zebedei.

&iohannē frem eius. Et ipsos in navi conponen
tes retia. Et statim uocauit illos; Et relicto patre
suo zebedeo in navi cum mercennariis. sequuti sunt
eum;

ch xii
e viii
L xxiii

Et ingrediuntur capharnaum. & statim sabbatis in
gressus in sinagogam docebat eos.;

ch xiii
T ii
ch lxii
L iii & xxiiij.

Et stupebant sup doctrina eius; Erat enim docens
eos. quasi potestatem habens. & non sicut scribę;

ch xiiii
e viiij.
L xxv.

Et erat in sinagoga eorum homo in spū inmundo.
& exclamauit dicens. Quid nobis & tibi ihū naza
rene. Venisti pedere nos? Scio qua sis sēs dī;
Et cōminatus ei ihs dicens. Obmutesce. & exi de
homine; Et discerpens eum sps inmundus. & ex
clamans uoce magna. exiit abeo; Et mirati sunt
omnes. ita. ut conquirerent inter se dicentes.;
Quid nam est hoc. quę doctrina haec noua. quia
in potestate & spiritibus inmundis imperat. &
obędiunt ei. Et processit rumor eius statim in
omnē regionem galileae;

II.

ch xv
T ii
ch lxiii
L xxvi

Et protinus egredientes de sinagoga

goga. uenerunt indomum simonis & andreae.
cũ iacobo & iohanne. Decũbebat autem socrus
simonis febricitans. Et statim dicunt ei de illa.
& accedens eleuauit eam. apprehensa manu eius.
& continuo dimisit eam febris. & ministrabat eis.
Uespere autem facto. cum occidisset sol. adferebant
ad eum omnes male habentes. & demonia
habentes. Erat omnis ciuitas congregata ad ia
nuam. & curauit multos. qui uexabantur uariis
languoribus. Et demonia multa eiciebat.

ch xvi
sim
l xxvii

Et non sinebat loqui ea. quo sciebant eum.

ch xvii
sim
l xxviii

Et diluculo ualde surgens. egressus abiit in deser
tũ locum. ibi q; orabat. Et persecutus est eum
simon. & qui cum illo erant. Et cum inuenissent
eum. Dixerunt ei. Quia omnes quaerunt te.
Et ait illis. Eamus in proximos uicos & ciuitates.
ut & ibi praedicem. Ad hoc enim ueni. Erat p̃
dicans in synagogis eorum & omni galilea. &
demonia eiciens.

ch xviii
ch lxiii
l xxxiii

Et uenit ad eum leprosus deprecans

flexo dixit, Domine: potesme mundare, Ihs autem
misertus eius: extendit manum suam & tangens
eum: Ait illi, Volo: mundare. Et cum dixisset:
statim discessit abeo lepra. & mundatus est. Et
comminatus ei, statimq; eiecit illum: & dicit ei,
Vide. nemini dixeris: sed uade. ostende te princi
pi sacerdotum: & offer pro emundatione tua.
que precepit moyses. in testimonium illis.

dn xxiiii
Sol

At ille egressus. cepit predicare & diffamare ser
monem: ita. ut iam non possit manifeste in ciu
tatem introire: sed foris in desertis locis ee, Et con
ueniebant ad eum. undiq;

dn xx
dn lxx
l xxxiii
lo xxxviii

Et iterum intrauit capharnaum post dies: & audi
tum est: quod in domo esse, Et conuenerunt multi:
ita. ut non capere neque ad ianuam: Et loquebat
eis uerbum, Et uenerunt ferentes ad eum para
liticum: quia quattuor portabatur, Et cum non
possent offerre eum illi pre turba: nudauer
unt tectum ubi erat. Et pate facientes: sum mi
serunt grabatum. in quo paraliticus iacebat;

Cum uidisset autem ihs fidem illorum. Ait paralý
tico; Fili. dimittuntur tibi peccata; Erant autem
illic quidam describis. sedentes & cogitantes in cor
dibus suis; Quid hic siloquitur. Blasphemat;
Quis potest dimittere peccata. nisi solus ds.
Quos statim cognito ihs spiritu suo. quia sic cogita
rent intrase. Dixit illis; Quid ista cogitatis in cor
dibus uris. Quid est facilius. dicere paralitico.
dimittuntur tibi peccata. Aut dicere. surge tolle
grabattum tuum. & ambula. Ut autem sciatis. quia
potestatem habet filius hominis in terra dimit
tendi peccata. Ait paralýtico; Tibi dico surge;
tolle grabattum tuum. & uade in domum tuam. Et
statim ille surrexit; Et sublato grabatto. abiit
coram omnibus. Ita. ut admirarentur omnes. & hono
rificarent dm dicentes; Quia numquam sic uidimus;

Et egressus est rursus ad mare. omnis que turba ue
niebat ad eum. & docebat eos; Et cum preteriret. uidit
leuin alfei sedentem ad teloneum. Et ait illi. Se
quere me; Et surgens. secutus est eum;

ch xxii
ch 11 lxxii
l xxxviii
to clxxvi.

Et factum est cum accumbere in domo illius · multi publicani & peccatores · simul discumbebant cū ihū · & discipulis eius · Erant enim multi · qui & sequebantur eum · Et scribe & pharisei uidentes · quia manducare cum publicanis & peccatoribus · Dicebant discipulis eius · Quare cū publicanis & peccatoribus manducat · & bibit magister uī ·

Hoc audito ihs · Ait illis · Non necesse habent sani medico · sed qui male habent · Non enim ueni uocare iustos · sed peccatores · Erant discipuli iohannis · & pharisei ieiunantes · Et ueniunt · & dicunt illi · Quare discipuli iohannis & pharisei ieiunant · Tui aut discipuli non ieiunant · Erant illis ihs · Numquid possunt filii nuptiarum · quamdiu sponsus cū illis est · ieiunare · Quanto tempore habent · secum sponsum · non possunt ieiunare · Uenient aut dies · cum auferetur ab eis sponsus · & tunc ieiunabunt in illis diebus · Nemo adsumentū panni rudis adsuit uestimento ueteri · Alioquin · aufert supplementū

nouū auctert · & maior scissura fit ; Et nemo
mittit uinum nouū in utres ueteres · Alioquin
disrumpit uinum utres · & uinum effundetur ·
& utres peribunt ; Sed uinū nouū · in utres nouos
III · mittit debet ;

ℭ xxiiii
ℭ exiiii
L xli

ET FACTUM EST ITERŪ CUM SABBATIS
ambulare per sata · & discipuli eius cœperunt
pregredi · & uellere spicas ; Pharisei autē dicebant
ei ; Ecce quid faciunt sabbatis quod non licet ;
Et ait illis ; Numquā legistis · quid fecerit dauid ·
quando necessitatē habuit · Et esuriit ipse · & qui
cum eo erant · Quomodo introiit in domū dei
sub abiathar principe sacerdotum · & panes pro
positionis manducauit · quos non licebat manducare
nisi sacerdotibus · & dedit eis qui cū eo erant ·

ℭ xxv
ℭ exiiii
L xlii

Et dicebat eis ; sabbatum propter hominem factum
est · & non homo propter sabbatū ; Itaq ; dominus est filius
hominis · etiam sabbati ; Et introiit iterū in synagogam ·
Erat ibi homo habens manū aridam ;
Et observabant eum · si sabbatis curaret · ut accu

farent illum. Erat homini habenti manu aridam.
Surge in medium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene
facere. an male. animam saluam facere. an perdere.
At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira.
contristatus super cecitatem cordis eorum. Dicit
homini. Extende manum tuam. Et extendit. et res
tituta est manus illi.

ch xxxii
IIII
ch xxxiii
lo xxxii & xxxx

Et exeuntes autem statim pharisei cum herodianis.
consilium faciebant aduersus eum. quomodo
eum perderent. Et ihs cum discipulis suis secessit
ad mare.

ch xxxiii
I
ch xxxiii
I xl v
lo xl vi

Et multa turba a galilea & iudea secuta est eum.
Et a hierosolymis. & abidumea. & transiordanen.
Et qui circa tyrum & sydonem. multitudo magna.
audientes que faciebat. uenerunt ad eum. Et dixit
discipulis suis. ut nauicula sibi deseruiret ppter
turbam. ne conprimerent eum. Multos enim
sanabat. Ita. ut irruerent in eum. ut illum tan
gerent. Quotquot habebant plagas. & spi inmun
di cum illum uidebant. procidebant ei.

xxviii
xliiii
lxxxiii

Et clamabant dicentes, Tues filius dei, Et uehementer
cominabatur eis. ne manifestarent illum,

xxviii
ii
lxxxviiii
lxxxvi

Et ascendens in montem. uocauit ad se quos uoluit
ipse. & uenerunt ad eum, & fecit. ut essent duodeci
cum illo. & ut mitteret eos predicare, Et dedit illis
potestatem curandi infirmitates. & eiciendi demonia,

xxx
ii
lxxx
xliiii.

Et imposuit symoni nomen petrus. & iacobum zebe
dei. & iohannem fratrem iacobi. & imposuit eis no
mina boan erges. quod est filii tonitrui, & an
dream. & philippum. & bartholomeum. & matheum
& thomam. & iacobum alfei. & taddeum. & symonem
chananeum. & iudam scarioth. qui tradidit illum,

xxxi
x
sol.

Et uenium addomum. & conuenit iterum turba.
Ita. ut non possent neq; panem manducare,
Et cum audissent sui. exierunt tenere eum,
Dicebant enim, quo in furorem uersus est,

xxxii
ii
cxxi
cxxvii

Et scribe qui ab ierosolymis discenderant. dicebant,
Quo beelzebub habet. & quia in principe de
moniorum eicit demonia,

xxxiii
ii
cxxii
cxxuiii

Et conuocatis eis. in parabolis dicebat illis,

Quomodo potest satanas satanan eicere. Et si regnū
in se diuidatur. non potest stare regnū illum.
Et si domus sup semetipsam dispertiatur. non
poterit domus illa stare. Et si satanas consur
rexerit in semetipsum. dispertitus est. & non po
terit stare. sed finem habet. Nemo potest
uasa fortis ingressus in domū diripere. nisi pri
us fortem alliget. & tunc domū eius diripiet.

Mt xxxiii
Mr xxiii
Lc xlvii

Amen dico uobis. quō omnia dimittentur filis
hominum peccata & blasphemie. quibus blas
phemauerint. Quicūq blasphemauerit in spm
sēm. non habet remissionem in eternum. Sed
reus erit aeterni delicti. Quō dicebant. spm in
mundū habet.

IIII.

Et uenium mater eius et fratres.

Mt xxxiv.
Mr xxx
Lc xxxvii

& foris stantes miserunt ad eum uocantes eū.
Et sedebat circa eum turba. & dicunt ei. Ecce
mater tua & fratres tui foris. quērunt te.
Et respondens eis ait. Quis est mater mea. &
fratres mei. Et circūspiciens eos. qui circūsedē

eius sedebant. et, Ecce mater mea. & fratres mei,
Quienim fecerit uoluntatem dei. hic frater meus
& soror mea. & mater est.,

ℭ xxxvii
ii
ℭ cxxxi
i lxxvi.

Et rursum cepit docere ad mare. Et congregata est
ad eum turba multa. Ita. ut in nauem ascendens
sederet in mari. Et omnis turba circa mare super
terram erat., Et docebat illos in parabolis multa. &
dicebat illis in doctrina sua., Audite, Ecce exiit
seminans. ad seminandum., Et dum seminat. aliud
cecidit circa uiam. & uenerunt uolucres. & com
mederunt illud., Aliud uero cecidit sup petrosa
ubi non habuit terram multam., Et statim exortum est.
quo non habebat altitudinem terre., Et quando
exortus est sol. exaestuauit. & eo quod non habere
radicem. exaruit., Et aliud cecidit in spinas. & as
cenderunt spine & suffocauerunt illud. & fructum
non dedit., Et aliud cecidit in terram bonam. & da
bat fructum ascendentem. & crescentem., Et adferebat
unum triginta. & unum sexaginta. & unum centum.,
Et dicebat., Qui habet aures audiendi. audiat.,

Cum esset singularis interrogauerunt eum hi qui cum eo
erant duodecim parabolam. Dicebat eis. Vobis datum
est scire mysterium regni dei.

Ly xxxvii
Th cxxxiii
L lxxxii
lo cxiii

Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. Ut
uidentes uideant. & non uideant. Audientes au
diant. & non intellegant. Nequando conuertantur.
& dimittantur eis peccata. Ait illis. Nescitis para
bolam hanc. Et quomodo omnes parabolas cognoscetis.

Ly xxxviii
Th cxxxv
L lxxviii

Qui seminat. uerbum seminat. Hii autem sunt qui ci
ca uiam. ubi seminatur uerbum. Cum audierint
confestim uenit satanas. & auferet uerbum. quod
seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt simi
liter. qui sup petrosa seminantur. Qui cum au
dierint uerbum. statim cum gaudio accipiunt
illud. & non habent radicem in se. sed tempora
lessunt. Deinde orta tribulatione & persecu
tione. ppter uerbum. confestim scandalizantur.
Et alii sunt. qui in spinis seminantur. hi sunt qui
uerbum audiant & erumnę seculi. & deceptio
diuitiarum. & circa reliqua concupiscentiae

intrauerunt · suffocauerunt uerbum · & sine fructu efficitur ;
Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt · qui
audiunt uerbum · & suscipiunt · & fructificant ; unum
triginta · & unum sexaginta · & unum centum ;

cxxxviii
cxxxii
cxxxiii

Et dicebat illis ; numquid uenit lucerna · ut & sub modio
ponatur · aut sub lecto · Nonne & sup candelabrum
ponatur ·

xl
xli
lxxx

Non enim est aliquid absconditum · qd non manifes
tetur · Nec factum est occultum · sed ut in palam ue
niat ; Si quis habet aures audiendi · audiat ;

xli
xl
lui

Et dicebat illis ; Uidete · quid audiatis ; In qua men
sura mensi fueritis · remetietur uobis · & adicietur
uobis ·

xlii
cclxxx
lui · ccxxx

Qui enim habet · dabitur illi ; Et qui non habet · & iam
quod habet · auferetur a illo ;

xliii
sol

Et dicebat ; Sic est regnum dei · que admodum si
homo iaciat semente in terra · & dormiat ·
Et exurgat nocte ac die · & semen germinet · & in
crescat · dum nescit ille · Ultro enim terra fruc
tificat · Primum herbam · deinde spicam · Deinde

plenum frumentū in spica; Et cum se produxerit
fructus: statim mittit falcem. quō adest messis;

ℭ xl iiii
℣ II c xxxxviii
L clx xvii

Et dicebat; cui adsimilabimus regnum dī. aut cui
parabolę comparabimus illud? sicut granū sinapis.
quod cum seminatum fuerit in terra. minus est
omnibus seminib; quę sunt in terra; Et cum semi
natum fuerit ascendit: & fit maius omnibus ho
leribus. & facit ramos magnos. ita. ut possint sub
umbra eius aues cęli habitare.;

ℭ xlv
℣ III c xxxxviii

Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbū:
prut poterant audire; Sine parabola autē: non
loquebatur eis.;

ℭ xlvi
X
Sōl

Seorsum autem. discipulis suis disserebat omnia;

ℭ xlvii
℣ II l xxxiiii
L lxxxiii

Et ait illis: in illa die cum sero esset factum. transea
mus contra; Et dimittentes turbam. assumunt
eum. ita. ut erat in nau. & aliae naues erant cū
illo; Et facta est procella magna uenti: & fluctus
mittebat in naugm. ita. ut impleretur naus;
Erat ipse in puppi. supra cerucal dormiens.
Et excitaṽt eum & dicunt ei; Magister: non adte

pertinet quia perimus. Et exsurgens cōminatus est
uento. & dixit mari. Tace. obmutesce. Et cessauit
uentus. & facta est tranquillitas magna. Et ait illis.
Quid timidi estis. Nondum habetis fidem. Et timu
erunt magno timore. Et dicebant ad alterutrum.
Quis putas est iste. quia & uentus & mare obediunt
ei. Et uenerunt transfretum maris. in regionem
gerasenorum. Et exeunti ei de naui. statim occurrit
de monumentis homo in spiritu inmundo. qui do
micilium habebat in monumentis. Et neq; catenis
iam quisquā eum poterat ligare. Quō sepe con
pedibus & catenis uinctus. disrupisset catenas.
& conpedes cōminuisset. Et nemo poterat eum
domare. Et semper nocte ac die in monumentis
& in montibus erat. Clamans. & concidens se la
pidibus. Videns autem ihm̄ alonge. cucurrit &
adorauit eum. Et clamans uoce magna dixit.
Quid mihi & tibi ihū fili di summi. Adiuro te
per dm̄. ne me torqueas. Dicebat enim illi. Ex i
spi inmunde ab homine. Et interrogabat eum.

Quod tibi nomen est. & dicit ei; Legio nomen mihi:
quia multi sumus. Et deprecabatur eū multū: ne se
expellere extra regionem; Erat autem ibi circa mon
tem grex porcorum magnus pascens. & deprecā
bantur eum spī dicentes; Mitte nos in porcos.
ut in eos introeamus; Et concessit eis statim ihū;
Et exeuntes spī inmundi. introierunt in porcos;
Et magno impetu grex precipitatus est in mare
adduo milia. Et suffocati sunt in mari; Qui autē
pascebant eos. fugerunt & nunciauerunt in ciuita
tem & in agros. Et egressi sunt uidere. quid esset
facti; Et uenium ad ihūm. & uident illū qui a dae
monio uexabatur sedentem uestitum. & sanę
mentis. Et timuerunt; & narrauerunt illis qui
uiderant qualiter factum esse ei. quī demoniū
habuerat. & de porcis; Et rogare eum cęperunt:
ut discede de finibus eorum.

f. m. xlum
i. diff.
l. lxxxum

Cumq; ascendere naum: cępit illum dēpcari
quia demonio uexatus fuerat. ut esset cū illo;
& non admisit eum. sed ait illi; Uade in domū

tuam adtuos. & adnuntia illis. quanta tibi dns fece
rit & misertus sit tui. Et abiit. & cepit predicare
V. indecapoli. quanta sibi fecisset ihs. & omes mirabant.

ch xlviii
ev lxxiii
l lxxxv

ET CUM TRANSCENDISSET IHS. IN NAUI.
rursus transfretum. conuenit turba multa adillu.
Erat circa mare. Et ecce uenit quidam de archisy
nagogis. nomine iairus. Et uidens eum. procidit
adpedes eius. & depcabatur eum multu dicens.
Quo filia mea inextremis est. Veni. inpone
manum sup eam. ut saluasit. & uiuat. Et abiit
cum illo. & sequebatur eum turba multa. & co
primebant illum. Et mulier que erat inpro
fluuio sanguinis annis duodecim. & fuerat
multa ppessa a conpluribus medicis. Et erogaue
rat omia sua. nec quicqua profecerat. sed
magis deterius habebat. Cum audisset de ihu.
uenit in turba retro. & tetigit uestimentu
eius. Dicebat enim. Quia si uel uestimentum
eius tetigero. salua ero. Et continuo siccatus est
fons sanguinis eius. Et sensit corpore qd sanata est

esset aplaga. Et statim ihs cognoscens insemetipso
uirtutem. quę exierat de eo. Conuersus ad turbam
agebat; Quis tetigit uestimenta mea. & dicebant
ei discipuli sui. Uides turbam conprimentem te.
Et dicis. Quis me tetigit. Et circumspiciebat uidere
eam quę hoc fecerat; Mulier autem timens
& tremens. Sciens quod factum esset in se. Uenit.
& procidit ante eum. & dixit ei omnem ueritatem;
Ille autem dixit ei; Filia. fides tua te saluam
fecit; uade in pace. & esto sana a plaga tua;
Adhuc eo loquente. uenium ab archi synagogi
dicentes. Quia filia tua mortua est. Quid ultra
uexas magistrum. Ihs autem uerbo quod dicebatur
audito. Ait archi synagogo; Noli timere. tantum
modo crede; Et non admisit quemquam sequi se.
nisi petrum. & iacobum. & iohannem fratrem iacobi;
Et uenium ad domum archi synagogi. Et uidet tu
multum. & flentes. & eulantes multum. Et ingressus ad eis;
Quid turbamini. & ploratis. puella non est mor
tua. sed dormit; Et irridebant eum; Ipse uero

eiectis omnibus. Adsumit patrem & matrem puellę.
& qui secum erant, Et ingrediuntur. ubi erat puella
iacens. Et tenens manu puellę. ait illi, Talitha
cumi. Quod est interpretatum. Puella. tibi dico. surge.
Et confestim surrexit puella. & ambulabat, Erat autem
annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore maxi
mo, Et precepit illis uehementer ut nemo id sciret.
Et dixit dari illi manducare.

Et egressus inde abiit in patriam suam. & sequebantur
illum discipuli sui, Et facto sabbato. cepit in sy na
goga docere. Et multi audientes. admirabantur
in doctrina eius. dicentes.
Unde huic hęc omnia. & quę est sapientia quę
data est illi. & uirtutes tales quę per manus eius ef
ficiuntur? Nonne iste est faber. filius mariae.
frater iacobi & ioseph. & iudę & simonis? Nonne
& sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabant in illo.

Et dicebat eis ihs. Quia non est propheta sine ho
nore. nisi in patria sua. & in cognatione sua & in
domo sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere.

nisi paucos infirmos. inpositis manibus curauit ;
Et mirabatur. ppter incredulitatem illorum ;

cm lii
cm II lxxiii
lii. clxxiii

Et circuibat castella. incircuitu docens. ;

cm liii
cm II lxxiii
L lxxxiii. & cx.

Et conuocauit duodecim. & cepit eos mittere binos ;
& dabat illis potestatem spiritum immundorum.
Et precepit eis. nequid tollerent in uia nisi uirgam
tantum ; Non peram. non panem. neq; in zona aes.
Sed calciatos sandaliis. Et ne induerentur duabus
tunicis. ;

cm liiii.
cm II lxxiiii.
L lxxxiii
& cxii

Et dicebat eis ; Quocumq; introieritis in domum. illic
manete. donec exeatis inde. ;

cm lv
cm II lxxxv
L cxiii
& lxxxiii

Et quicumq; non receperint uos. nec audierint uos. exe
untes inde. excutite puluerem de pedibus uris.
in testimonium illis. ;

cm lvi
cm IIIIij.
L lxxxiiii

Et exeuntes. predicabant. ut penitentiam agerent ;
& demonia multa eiciebant. Et unguebant oleo
multos aegros. & sanabantur. ;

cm lvii
cm II cxliii
L xc

Et audiuit herodes rex. manifestum enim factum nomen
eius & dicebat ; Quia iohannes baptista
resurrexit a mortuis. & ppterea operantur uirtutes

mullo. Alii autem dicebant. quia helias est. Alii
uero dicebant. quia ppheta. quasi unus exppheris.

Fer lectionem X sol

Quo audito herodes ait. quem ego decollaui iohannem.
hic a mortuis resurrexit.

Fer lectionem II l. Fer e. lectionem l xii

Ipse enim herodes misit. et tenuit iohannem. & uinxit
eum in carcere. ppter herodiadem uxorem philippi
fratris sui. quia duxerat eam.

Fer lx III Fer ex lx

Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere
uxorem fratris tui. herodias autem insidiabatur
illi. & uolebat occidere eum. nec poterat. Hero
des enim metuebat iohannem. sciens eum uirum
iustum & sanctum. & custodiebat eum. Audito eo.
multa faciebat. & libenter eum audiebat. Et cum
dies opportunus accidisset. herodes natali suo.
cenam fecit principibus. & tribunis. & primis galilee.
Cumq; introisset filia ipsius herodiadis. & sal
tasset. & placuisset herodi. simulq; recumbentib;.
rex ait puelle. Pete a me quod uis. & dabo tibi.
Et iurauit illi. quia quicquid petieris dabo tibi.
licet dimidium regni mei. Que cum exisset.
dixit matri suae. Quid petam? Et illa dixit.

Caput iohannis baptistae. Cumq; introisset statim
cū festinatione adregem: petiuit dicens. Volo:
introinus des mihi indisco caput iohannis
baptistę. Et contristatus est rex. Propter ius iurandū.
& propter simul recūbentes. noluit eam contristarę:
sed missso spiculatore. pęcepit afferri caput eius
indisco. Et decollauit eum in carcere: & adtulit
caput ei indisco. & dedit illud puellę. Et puella.
dedit matri suę. Quo audito. discipuli eius
uenerunt. & tulerunt corpus eius: & posuerunt
illud in monumento.

VI.

ch lxi
L VIIII
xci

Et conuenientes apli ad ihū. re
nuntiauerunt illi omnia quae egerant & docuerant.

ch. lxii
X
sol

Et ait illis. Uenite seorsum in deserturn locum. &
requiescite pusillum. Erant enim qui ueniebant
& rediebant multi. Et nec manducandi spatium
habebant.

ch lxiii
VI
ch lxxxii

Et ascendentes in nauim. abierunt in deserti locū
seorsum. Et uiderunt eos abeuntes. & cognouerū
multi. & pedestres. de omnibus ciuitatibus

concurrerunt illuc · & prevenerunt eos. Et exiens
vidit multam turbam ihs. Et misertus est super
eos · quia erant sicut oves n̄ habentes pastorē.
Et cepit docere illos multa ·

Et cum iam hora multa fiere · accesserunt dis
cipuli eius dicentes. Deserta est locus hic · & iā
hora preteriit. Dimitte illos · ut euntes in proxi
mas villas & vicos · emant sibi cibos · quos man
ducent. Et respondens · Ait illis. Date illis man
ducare. Et dixerunt ei. Eunte · emamus denarius
ducentos panes · & dabimus eis manducare. Et
dicit eis. Quot panes habetis · Ite · & videte. Et
cū cognouissent · dicunt. Quinq; · & duos pisces.
Et p̄cepit illis · ut accumbere facerent omnes
secundū contubernia sup viride fenum ;
Et discubuerunt inpartes · per centenos & per
quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus &
duobus piscibus · Intuens celū · benedixit
& fregit panes · & dedit discipulis suis · ut po
nerent ante eos. Et duos pisces diuisit omib;

ꝯ lxxiii
ꝯ exlvii
Et xc iii
lo xlviiij

& manducauerunt omnes. & saturati sunt. Et sustulerunt
reliquias fragmentorum. duodecim cophinos plenos.
& de piscibus. Erant autem qui manducauerunt. quinq;
milia uirorum.

ℳ lxx
ℳ VII
ℳ exlviii

Et statim coegit discipulos suos ascendere naue m.
ut precederent eum transfretu adbethsaidam.
dum ipse dimitteret populum.

ℳ lxxi
ℳ exlviii
ℒ xliii
& xxxxi.

Et cum dimisisset eos. abiit in montem orare.

ℳ lxxii
ℳ IIII
ℳ cl
lo li.

Et cum sero esset. erat naus in medio mari. & ipse
solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando.
Erat enim uentus contrarius eis. Et circa quartã
uigiliã noctis. uenit ad eos ambulans super mare.
Et uolebat preterire eos. At illi ut uiderunt eum
ambulantẽ sup mare. putauerunt fantasma ee. &
exclamauerunt. Omnes enim eũ uiderunt. &
conturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis. & dixit
illis. Confidite. ego sũ. nolite timere.

ℳ lxxiii
ℳ VII
ℳ clii

Et ascendit ad illos in nauim. & cessauit uentus.
Et plus magis in se stupebant. Non enim in
tellexerant de panibus. Erat enim cor illorũ

obaecatum; Et cum transfretassent: peruenerunt
in terra gennesareth. Et adplicuerunt;

S lxxxiii
S clii
L xxxxvi

Cumq; egressi essent de nau: continuo cognouerunt
eum; Et percurrentes uniuersam regionem illam: coe
perunt ingrabatis eos quise male habebant circu
ferre: ubi audiebant eum esse; Et quocumq; introi
bat in uicos. uel in uillas. aut ciuitates: in plateis po
nebant infirmos: & deprecabantur eum. ut uel fimbriam
uestimenti eius tangerent; Et quot quot tangebant
eum: salui fiebant.;

S lxx
Sol

Et conueniunt ad eum pharisei [illegible]
uenientes abhierosolymis; Et cum uidissent quos
dam ex discipulis eius. communibus manibus: id est
non lotis manducare panes: uituperauerunt eos;
Pharisei enim aut omnes iudei. nisi crebro lauent
manus non manducant: tenentes traditionem
seniorum; Et a foro: nisi baptizentur non comedunt;
Et alia multa: quae tradita sunt illis seruare;
baptismata calicum. & urceorum. & eramento
rum: & lectorum.;

ꝯ lxxi
ꝯ ui
ꝯ clui

Et interrogabant eum pharisaei & scribę; Quare dis
cipuli tui non ambulant uxta traditionē senior
n̄ lotis
sed cōmunibus manibus manducant panem. At
ille respondens: dixit eis; Bene pphetauit isaias
de uobis hypocritis: sicut scriptum est; Populus
hic labis me honorat: cor autē eorum longe abest
a me; Inuanū autē me colunt: docentes doctrinas
& prę cepta hominū; relinquentes enim mandatū
dī: tenetis traditionē hominum; Baptismata
urceorum & calicū: & alia similia his facitis
multa; Et dicebat illis; Bene irritū facitis prę
ceptum dī: ut traditionem uram seruetis; Moyses
enim dixit; Honora patrem tuū & matrē tuā;
Et qui male dixerit patri aut matri: morte moriat;
Uos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut
matri: corban: quod est donū: quodcūq; ex me
tibi profuerit; Et ultra non dimittitis eū quicquā
facere patri suo: aut matri: rescindentes uerbū
dī per traditionem uram: quā tradidistis; &
similia huiusmodi multa facitis; Et uocans

iterum turbam dicebat illis. Audite me omnes.
& intellegite. Nihil est extra hominē introiens
in eum quod possit eum coinquinare. Sed quę de
homine procedunt illa sunt quę cōmunicant ho
minem. Si quis habet aures audiendi audiat.

ōn lxxii
ōn elxii.

Et cum intrasset in domum a turba interrogabant
eum discipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic et vos
imprudentes estis non intellegitis. quia omne ex
trinsecus introiens in hominē non potest eum com
municare. quia non intrat in cor eius sed in uen
trem & in secessum exit purgans omnes escas. Dice
bat autem. Quō quę de homine exeunt illa com
municant hominē. Abintus enim de corde hominū
cogitationes malę procedunt. Adulteria fōrni
cationes. homicidia. furta. auaritiae. nequitiae.
dolus. impudicitia. oculus malus. blasphemia.
superbia. stultitia. omnia haec mala abintus pro
cedunt. & cōmunicant hominem.

NIJ.

Et inde surgens abiit in fines Tyri
& sidonis. Et ingressus domū neminē uoluit scire.

& non potuit latere. Mulier enim statim ut audi
uit de eo. cuius habebat filia spm̄ immundū.
Intrauit. & procidit ad pedes eius. Erat en̄ mulier
gentilis. syro phenissa genere.

f° lxxiii
m° vi
de eodem

Et rogabat eum. ut dēmonium eiceret de filia eius;
Qui dixit illi. Sine prius. saturari filios. Non est
enim bonū sumere panē filiorū. & mittere canib;;
At illa respondit. & dicit ei. Utiq; dn̄e. Nam & ca
telli sub mensa comedunt de micis puerorum;
Erat illi. Propter hunc sermonē. Uade. exit de
monium de filia tua. Et cum abisset domū suam.
inuenit puellā iacentem sup̄ lectū. & demonium exisse.

f° lxxiiii
sol

Et iterum exiens ihs̄ de finibus tyri. uenit p̄ sidonē
ad mare galilee. inter medios fines decapoleos;
Et adducunt ei surdū & mutum. & deprecabantur
eum. ut imponat illi manū. Et adprehendens eū
de turba seorsum. misit digitos suos in auriculas.
eius & expuens tetigit linguā eius; Et suspiciens
in celū. ingemuit. & ait illi. Effetha. quod est
adaperire. Et statim apertē sunt aures eius. & so

litum est uinculum linguę eius. & loquebatur recte.
Et precepit illis. ne cui dicerent.

Quanto autem eis precipiebat. tanto magis plus predi
cabant. Et eo amplius admirabantur dicentes.

Bene omnia fecit. & surdos fecit audire. & mutos loqui.
In illis diebus. iterum cum turba multa esset cum ihu
ne haberent quod manducarent. conuocatis discipulis
ait illis. Misereor super turbam. quia ecce iam
triduo sustinent me. ne habent quod manducent.
Et si dimisero eos ieunos in domum suam. defici
ent in uia. Quidam enim ex eis de longe uenerunt.
Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos pote
rit quis hic saturare panibus. in solitudine.
Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui
dixerunt. septem. Et precepit turbę. discumbere
super terram. Et accipiens septem panes. gratias
agens. fregit. & dabat discipulis suis. ut appo
nerent. & apposuerunt turbę. Et habebant pis
ciculos paucos. & ipsos benedixit. & iussit
apponi. Et manducauerunt. & saturati sunt.

Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septē
sportas. Erant autem qui manducauerunt quasi
quattuor milia. & dimisit eos. Et statim ascendens
naum cum discipulis suis uenit in partes dalmanutha.

ℭ lxxxii. ℭ clxi lo xxxiii. Et exierunt pharisei. & coeperunt conquirere cū eo.
querentes a illo signum de celo temptantes eū.

ℭ lxxxiii. ℭ clxii Et ingemiscens spū. ait. Quid generatio ista querit
signum? Amen dico uobis. si dabitur generati
oni isti signum. Et dimittens eos. ascendens iterū
naum. abiit transfretum. & obliti sunt sumere
panes. Et nisi unum panē. non habebant secū in naui.

ℭ lxxxiiii ℭ clxiii Et praecipiebat eis dicens. Uidete. & cauete a fer
mento pharisaeorum. & fermento herodis.

ℭ lxxx ℭ clxx. Et cogitabant ad alterutrū dicentes. quia panes
non habemus. Quo cognito ihs. ait illis. Quid
cogitatis. quia panes non habetis? Nondū cognos
citis nec intellegitis? Adhuc caecatum habetis
cor uestrum. oculos habentes non uidetis. & aures
habentes non auditis. Nec recordamini quan
do quinq; panes fregi in quinq; milia. & quot

cophinos fragmentorũ plenos sustulistis? Dicunt
ei. duodecim. Quando & septẽ panes in quatuor
milia. quot sportas fragmentorum tulistis? Et
dicunt septem ei. Et dicebat eis. Quomodo ñ dũ
intellegitis?

ℭ lxxxi
sol

Et uenerunt bethsaida. & adducunt ei cecũ. & roga
bant eum. ut illũ tangeret. Et apprehensa manu
cecꝰ. eduxit eum extra uicum. Et expuens in oculos
ei. inpositis manibus suis. interrogauit eũ. si aliquid
uideret. Et aspiciens ait. Uideo homines. uelut
arbores ambulantes. Deinde iterum inposuit
manus sup oculos eius. & cepit uidere. & restituꝰ
est. ita. ut uideret. clare omia. Et misit illũ in domũ
suã dicens. Uade in domũ tuam. & si in uicũ in
troieris. nemini dixeris.

ℭ lxxxii
ℭ olxxii
ℭ xcui
to lxxiii

Et egressus est ihẽ & discipuli eius in castella cesareę
philippi. & in uia interrogabat discipulos suos dicens
eis. Quẽ me dicunt esse homines? qui responderunt
illi dicentes. Iohannẽ baptistã. Alii heliam. Alii uero
quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis. Uos uero

quē me esse dicitis.

m lxxxiij. t ii m clxxiii Lu xcvi.

Respondens petrus. ait ei. Tues xpē. Et cōminatus est eis. ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos. qm̄ oportet filium hominis multa pati. & reprobari a senioribus. & a sūmis sacerdotibus. & scribis. & occidi. & post tres dies resurgere. Et palam uerbū loquebatur. ⁊

m lxxxiiij. t iii m clxxiiii

Et apprehendens eum petrus. cepit increpare eum. ⁊ Qui conuersus & uidens discipulos suos. cōminatus ē petro dicens. uade retrome satanas. quō non sapis quę di sunt. sed quę hominum sunt.

m lxxxv t iv m clxx L xcvi

Et conuocata turba cum discipulis suis. dixit eis. Si quis uult me sequi. deneget semetipsum. & tollat crucē suam. & sequatur me. Qui enī uoluerit animā suā saluam facere. perdet eam. Qui autē perdiderit animā suā ꝓp̄ me. & euangelium. saluā eā faciet. Quid enī proderit homini. si lucretur mundū totum. & detrimentū faciat animę suae. aut qd dabit homo cōmutationis pro anima sua.

m lxxxvi t v m xciiij. L xcvii. & xlvi.

Qui enīm me confusus fuerit. & uerba mea in generatione ista adultera & peccatrice. & filius hominis

confundetur eum · cum uenerit in gloria patris sui cū
angelis suis · ⁊

f. lxxxxiii.
m. cl xxxii.
l. xcviii.

Et dicebat illis; Amen dico uobis: quia sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt mortē · donec uide
ant regnū dei uenientē in uirtute; Et post dies sex
assumpsit ihūs petrū · & iacobū · & iohannē · & duxit
illos in montē excelsum seorsum solos · & transfigu
ratus est coram ipsis; Et uestimenta eius facta sunt
splendentia · & candida nimis uelut nix · qualia
fullo super terrā non potest candida facere;
Et apparuit illis helias cum moyse · & erant loquen
tes cum ihū; Et respondens petrus · ait ihū · Rabbi ·
bonū est nos hic esse · & faciamus tria tabernacula;
tibi unum · & moysi unū · & helie unū; Non enim
sciebat quid diceret · Erant enim timore exterriti;
Et facta est nubes obumbrans eos · & uenit uox de
nube dicens; Hic est filius meus carissimus · audite
illū; Et statim circumspicientes · neminē amplius
uiderunt · nisi ihūm tantū secum; Et descendentib;
illis de monte · precepit illis ne cui quecumdissent

narrarent. nisi cum filius hominis resurrexerit
a mortuis. ⁊

r m lxxxum
X
sol

Et uerbū continuerunt apud se. conquirentes. quid
esset cum a mortuis resurrexerit. ⁊

r m lxxxuiq.
t m elxcun
XII

Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt
pharisei & scribe. quia helia oportet uenire primū?
qui respondens. ait illis. Helias cum uenerit. primo
restituet omia. Et quomodo scriptū est in filium
hominis. ut multa patiatur. & contemnatur.
Sed dico uobis. quia & helias uenit. & fecerunt illi
quecūq; uoluerunt. sicut scriptum est de eo. ⁊

r m xe
X
sol

Et ueniens ad discipulos suos. uidit turbā magnā
circa eos. & scribas conquirentes cū illis. Et confestim
omis populus uidens ihm. stupe factus est. & expa
uerunt. & accurrentes salutabant eum. Et interro
gauit eos. Quid inter uos conquiritis?

r m xci.
t m elxxum
t xcum
II

Et respondens unus de turba. dixit. Magister. attu
li filium meū ad te. habentē spm mutū. Qui ubi
cūq; eū apprehenderit. allidit eū. & spumat. &
stridet dentibus & arescit. Et dixi discipulis tuis.

intuerentur illum · & non potuerunt ; Qui respondens
eis dicit ; O generatio incredula · quadiu apud uos
ero · quadiu uos patiar ? Afferte illum ad me ; Et
attulerunt eum ; Et cum uidisset illum · statim spiritus
conturbauit eum · & elisus in terra · uolutabatur spumans ;
Et interrogauit patrem eius ; quantum temporis est ·
ex quo hoc ei accidit ? At ille ait ; A infantia ;
Et frequenter eum & in ignem · & in aquas misit · ut eum
perderet ; Sed si quid potes · adiuua nos misertus nri ;
Ihs autem ait illi ; Si potes credere · omnia possibilia
credenti ; Et continuo exclamans pater pueri · cum
lacrimis aiebat ; Credo dne · adiuua incredulita
tem meam ; Et cum uidisset ihs concurrentem turbam ·
comminatus est spiritui immundo · dicens illi ; Sur
de & mute spiritus · ego tibi precipio · exi ab eo · Et amplius
ne introeas in eum ; Et clamans & multum discerpens
eum · exiit ab eo ; Et factus est sicut mortuus · ita ut
multi dicerent · quia mortuus est ; Ihs autem te
nens manum eius · eleuauit eum · & surrexit ;

m̄ xcii
sol

interrogabant eum ; Quare nos non potuimus eicere eum?
VIII & dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire. nisi in
r xcm oratione & ieunio ; Et inde profecti. praeter gredienbantur
m dl xxxu galileam. nec uolebat quequam scire ; docebat autem
l ei. discipulos suos. & dicebat illis. Quia filius hominis
tradetur in manus hominum. & occident eum. & occisus
tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum. & time
r xcm bant eum interrogare ; Et uenerunt capharnaum. Cum eum
m sol domi essent. interrogabat eos. ; Quid in uia tractabatis.
r xcu At illi tacebant ; Siquidem inter se in uia disputauerant.
m cl xxxu. quis esset illorum maior ; Et residens uocauit duodecim.
l eii. & ait illis ; Siquis uult primus esse. erit omnium no
uissimus. & omnium minister ; Et accipiens puerum.
statuit eum in medio eorum ; Quem cum complexus
est. ait illis ; Quisquis unum exhuiusmodi pueris re
r xcu cepit in nomine meo. me recipit ; Et quicumque me
m I xcuu suscepit. non me suscipit. sed eum qui me misit ; Qui habet
l cxui aures au
lo cxxxxl diendi
au
di
r xcuu RESpondit illi iohannes dicens. ; at ;
l cui
MAgister. uidimus quendam in nomine tuo eicientem
demonia qui non sequitur nos. & prohibuimus eum. ;

Ihc autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui
faciat uirtutem innomine meo. & possit cito malo
loqui de me.

Qui enim non est aduersum uos. pro uobis est. Quisquis
enim potum dederit uobis calice aque in nomine
meo. quia xpi estis. amen dico uobis. non perdet
mercede sua.

Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis.
credentibus in me. bonum est ei magis. si circumdaretur
mola asinaria collo eius. & in mare mitteretur.

Et si scandalizauerit te manus tua. abscide illam.
Bonum est tibi debilem introire in uitam. quam duas
manus habentem. ire in gehennam. in ignem inextinguibilem.

Vbi uermis eorum non moritur. & ignis non extingui
tur. Et si pes tuus te scandalizat. amputa illum.
Bonum est tibi claudum introire in uitam aeternam.
quam duos pedes habentem. mitti in gehennam ignis
inextinguibilis. ubi uermis eorum non moritur. & ignis non
extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te.
eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum di.

quāduos oculos habentē mitti ingehennā ignis.
ubi uermis eorum nonmorietur. & ignis eorū ñex
tinguetur; Omis enim igne saletur. & omis uic
tima saletur. Bonū est sal. qd si sal insulsū fuerit.
inquo illud condietis? Habete inuobis salē &
pacē habete interuos; Inde exsurgens. uenit in
fines iudeę ultra iordanen. Et conueniunt iterū
turbę adeū; Et sicut consueuerat. iterū docebat
illos; Et accedentes pharisei interrogabant eum.
si licet uiro uxorē dimittere. tēptantes eū;
At ille respondens. dixit eis. Quid uobis p̄cepit
moyses. quid dixerunt; Moyses p̄misit libellū
repudii scribere. & dimittere; Quib; respondens
ihs. ait; Adduriciā cordis uri. scripsit uobis
p̄ceptū istud; ab initio aut creaturę. masculū
& feminā. fecit eos ds; Propt hoc relinquet homo
patrē suum. & matrē. & adherebit aduxorem
suā. & erunt duo incarne una; Itaq; iam ñ sunt
duo. sed una caro; Quod ergo ds coniuxit. homo
non separet.

Feria II
Ps xxxii
L el xxxxu.

Feria III
Ps xlvi
M el xxxxuiii

Et in domo iterum discipuli eius de eodem interroga
uerunt eum. Et dixit illis.

Quicumq; dimiserit uxorem suam. & aliam duxerit ad
ulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit
uirum suum. & alii nupserit. mechatur. Et offerebant illi
paruulos. ut tangerent illos. Discipuli autem. comina
bantur offerentibus. Quos cum uidere ihs. indigne
tulit. & ait illis. Sinite paruulos. uenire ad me. &
ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum dei. Amen
dico uobis. quisquis non receperit regnum dei uelut
paruulus. non intrabit in illud. Et complexans eos. & im
ponens manus super illos. benedicebat eos.

Et cum egressus esset in uiam. procurrens quidam genu flexo
ante eum. rogabat eum dicens. Magister bone.
quid faciam. ut uitam aeternam percipiam. Ihs autem
dixit ei. Quid me dicis bonum. nemo bonus. nisi
unus deus. Precepta nosti. ne adulteres. ne occidas. ne
furaris. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudem fece
ris. honora patrem tuum. & matrem. At ille respondens.
ait illi. Magister. bone. omnia hec obseruauim a

m̄ · cxiii
t̄ II
m̄ cxciiij
l̄ ccxxiiii
& cliii

iuuentute mea; Ihs autē intuitus eum dilexit eum.
& dixit illi; Unum tibi deest; Uade · quecūq; habes
uende · & da pauperibus; & habebis thesaurum in celo.
& ueni · sequere me; Qui contristatus in uerbo · abiit
merens; Erat enim habens possessiones multas; Et
circumspiciens ihē · ait discipulis suis; quā difficile
qui pecunias habent in regnū dī introibunt?
Discipuli autē · obstupescebant in uerbis eī; At ihē
rursus respondens · ait illis; Filioli · quā difficile est
confidentes in pecunias · regnū dī intrare; facilius est
camelū p foramen acus transire · quā diuites intrare
in regnū dī; Qui magis ammirabantur dicentes
ad semet ipsos; Et quis potest saluus fieri? & intuens
illos ihē ait; Apud homines impossibile est · sed
non apud dm̄; Omnia enī · possibilia sunt apud dm̄;
Et cepit ei petrus dicere; Ecce nos dimisimus omnia ·
& secuti sumus te;

m̄ cx
t̄ II
m̄ cxciiij
l̄ ccxxi

Respondens ihē · ait; Amen dico uobis · nemo est
qui reliquerit · domū · aut frs · aut sorores · aut patrē
aut matrē · aut filios · aut agros; ppt me · & ppt euangl̄m ·

quinonaccipiat centies tantum · nunc intempore hoc ·
domos · & frs · & sorores · & matres · & filios · & agros cum p
secutionibus · & in seculo futuro uitam aeternam; Multi
VIIII autem erunt primi nouissimi · & nouissimi primi;
Erant autem in uia ascendentes in hierosolimam · & precedebat
illos ihs · & stupebant · & sequentes timebant; Assumens
iterum duodecim · cepit illis dicere · quae essent ei uen
tura; Quia ecce ascendimus hierosolimam · & filius ho
minis tradetur principibus sacerdotum · & scribis ·
& senioribus · & dampnabunt eum morte; Tradent
eum gentibus · & illudent ei · & conspuent eum · & fla
gellabunt eum · & interficient eum · & tertia die resurget;
Et accedunt ad eum iacobus · & iohannes filii zebedei ·
dicentes; Magister · uolumus · ut quodcumque petierimus ·
facias nobis; At ille dixit eis; Quid uultis ut faciam
uobis? Et dixerunt; Da nobis · ut unus ad dexteram tuam ·
& alius ad sinistram tuam · sedeamus in gloria tua;
Ihs autem ait eis; Nescitis · quid petatis; Potestis
bibere calicem quem ego bibo · Aut baptismo ·
quo ego baptizor · baptizari · At illi dixerunt ei;

possumus. ihs autem ait eis. Calicem quidem
quē ego bibo bibetis. Et baptismū quo ego bap
tizor. baptizabimini. Sedere autē ad dexteram
meā vel ad sinistrā. non est meū dare. sed qui
bus paratum est.

Et audientes decem. ceperunt indignari de iacobo
et iohanne. Ihs autē uocans eos. ait illis. Scitis quia
hi qui uidentur principari gentibus dominantur
eis. et principes eorum potestatem habent ipsorum.
Non ita est autē in uobis. Sed quicūq; uoluerit
fieri maior. erit uestr̄ minister. Et quicūq; uolue
rit in uobis primus esse. erit omniū seruus.

Nam et filius hominis non uenit. ut ministraret
ei. sed ut ministrare. et dare animā suā. re
demptionem pro multis.

Et uenium hierichū. et proficiscente eo de hie
richo. et discipuli eius. et plurima multitudi
ne filiū timei. bartymeus cecus sedebat iuxta uiā
mendicans. Quicū audisset quia ihs nazarenus est.
Cepit clamare et dicere. Fili dauid ihū. mise

reremei, Et comminabantur ei multi ut taceret,
Ille multo magis clamabat, Fili dauid miserere mei. Et stans ihs. precepit illum uocari. Et uocant eum cecum dicentes ei, Animma equior esto. surge uocatte. Qui proiecto uestimento suo exiliens uenit adeum. Et respondens ihs. dixit illi, Quid uis tibi faciam? Cecus autem dixit ei, Rabboni ut uideam. Ihs autem ait illi, Uade. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit. & sequebatur eum in uia.

Et cum adpropinquarent hierosolymae. & bethania
mae. ad montem oliuarum. mittit duos ex
discipulis suis. & ait illis, Ite in castellum qd
contra uos. & statim introeuntes illuc inue
nietis pullum ligatum. super quem nemo adhuc
hominum sedit. Soluite illum. & adducite.
Et si quis uobis dixerit quid facitis. dicite.
quia dno necessarius est. & continuo illum
dimittet huc.

Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante

ianuam foris inbuno: & soluunt eum. Et quidā
de illic stantibus: dicebant illis. Quid facitis:
soluentes pullū? Qui dixerunt eis: sicut præce
perat illis ihs: & dimiserunt eos. & duxerunt
pullū ad ihm: & imposuerunt illi uestimenta
sua: & sedit super eum. Multi autē: uestimenta
sua strauerunt in uia. Alii autē frondes cę
debant de arboribus: & sternebant in uia.

r m exxiiii
s m i ccxiiii
t l ccxxxiiii
lo . c.

Et quipreibant & quisequebatur: clamabant
dicentes. Osanna benedictus qui uenit in no
mine dni. Benedictum quod uenit regnum
patris nri dauid: osanna in excelsis.

r m exx
s m qui
t m ccxiiii.

Et intrauit hierosolimā in templum. & circum
spectis omnibus cū iam uespera esset hora:
exiit in bethaniam cum duodecim. Et alia
die cum exirent a bethania: esurit. Cumq;
uidisset a longe ficum habentē folia: uenit
si quid forte inueniret in ea. Et cū uenisset ad
eam: nihil inuenit præter folia. non enī
erat tempus ficorum. Et respondens: dixit ei.

Jam nonamplius in eternum quisquam fructum
exte manducet. Et audiebant discipuli eius.

Et cum hierosolima. Et cum introisset in templum
cepit eicere uendentes et ementes in templum.
et mensas nummulariorum. et cathedras uenden
tum. columbas euertit. Et non sinebat. ut quis
quam transferet uas per templum. et docebat. dicens
eis. Nonne scriptum est. quia domus mea
dominoq; domus
orationis uocabitur omnibus gentibus. Vos
autem fecistis eam speluncam latronum.

Quo audito. principes sacerdotum et scribe. que
rebant. quomodo eum perderent. Timebant
enim eum. quo uniuersa turba admirabat
super doctrina eius.

Et cum uespera facta esset. egrediebat de ciuitate.
Et cum mane transiret. uiderunt ficum aridam
facta. a radicibus. Et recordatus est petrus.
dixit ei. Rabbi. ecce ficus. cui male dixisti aruit.

Et respondens ihs. ait illis. habete fidem di.
Amen dico uobis. quia quicumq; dixerit huic

monti tollere. & mittere inmare. & non hesitá
uerit incorde suo. sed crediderit. quia quod
cumq; dixerit fiat. fiet ei.

Propterea dico uobis. Omnia quecumq; orantes
petitis. credite. quia accipietis. & euenient uob;

Et cum stabitis adorandum. dimittite siquid
habetis aduersus aliquem. ut & pat̃ uester
qui in celis est. dimittat uobis peccata ura̅;
Quod si uos non dimiseritis. nec pat̃ uester qui
in celis est. dimittet uobis peccata ura̅;

Et uenerunt rursus hierosolyma̅.
& cum ambularet in templo. accedunt ad eum
summi sacerdotes. & scribe. & seniores. & dicunt
illi; In qua potestate hec facis. & qui tibi dedit
hanc potestate̅. ut ista facias. Ihs̄ autem respon
dens. ait illis; Interrogabo uos. & ego unum
uerbum. & respondete mihi. & dica̅ uobis in
qua potestate hec facia̅s; Baptisma̅ iohannis
de celo erat. an ex hominibus. Respondete
mihi; At illi. cogitabant secum dicentes.

didistis ei? Dicemus exhominibus timebant
populum; Omnes enim habebant iohannem
quia uere ppheta esset; Et respondentes dicunt
ihu. Nescimus; Et respondens ihs ait illis; Neq;
ego dico uobis in qua potestate haec faciam;
Et cepit illis inparabolis loqui; Uineam pasti
nauit homo et circumdedit sepem et fodit lacum
et aedificauit turrim et locauit eam agricolis
et peregre pfectus est; Et misit ad agricolas in
tempore seruum ut ab agricolis accipere
de fructu uineae; Qui adprehensum eum cecidi
derunt et dimiserunt uacuum; et iterum
misit ad illos alium seruum et illum in capite
uulnerauerunt et contumelias affecerunt;
Et rursum alium misit et illum occiderunt;
Et plures alios quosdam cedentes alios
uero occidentes; Adhuc ergo unum habens
filium carissimum Et illum misit ad eos nouis
simum dicens Quia reuerebuntur filium meum;

ꝑ exxuii.
ꝑ II
ꝑ cexuiii.
L cexli.

uenite · occidamus eu · & nra erit hereditas ·
Tradphendentes eu occiderunt · & eiecerunt extra
neam · Quid ergo faciet dominus uineae ·
Uenit & perdet colonos · & dabit uineam alis ·
Nec scripturam hanc legistis · Lapidem quem rep
buerunt aedificantes · hic factus est in capit
anguli · a dno factum est istud · & est mirabile
in oculis nris ·

m cxxxiiii · Et querebant eum tenere · & timuerunt turbas ·
m cc xx · Cognouerunt enim · quoniam ad eos parabolam
l cc xl ii · hanc dixerit · & relicto eo · abierunt ·
lo lxxxviii

m cxxx · Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis &
m cc xxiii · herodianis · ut eum caperent in uerbo · qui uen
l cc xl iii · entes · dicunt ei · Magister · scimus quia ue
rax es · & non curas quemquam · nec enim uides
in faciem hominum · sed in ueritate uiam dei do
ces · Licet dari tributum cesari · an non dabimus ·
Quiscens uersutiam illorum · Ait illis · Quid
me temptatis · Adferte mihi denarium ·

ut videam; at illi: Attulerunt ei; Et ait illis; Cuius
est imago hęc & inscriptio? Dicunt illi: cęsaris;
Respondens aut ihs: dixit illis; Reddite igitur
quęsunt cęsaris cęsari: Et quęsunt dei deo; Et mira
bantur super eo; Et venerunt ad eum sadducęi.
qui dicunt resurrectionem non esse: Et interroga
bant eum dicentes; Magister: moyses nobis
scripsit: ut si cuius frater mortuus fuerit. & dimi
serit uxorem. & filios non reliquerit: accipiat
frs eius uxorem ipsius: & resuscitet semen fri suo;
Septem ergo fratres erant; Et primus accepit
uxorem: & mortuus est: non relicto semine;
Et secundus accepit eam. & mortuus est: & neq; iste
reliquit semen; Et tertius similiter; Et acceperunt
eam similiter septem: & non reliquerunt sem;
Nouissima omnium: defuncta est & mulier;
In resurrectione ergo. cum resurrexerunt. cuius
dehis erit uxor: Septem enim habuerunt eam
uxorem; Et respondens ihs: ait illis; Nonne
ideo errastis: non scientes scripturas. neq; uirtutem

dī. Cū enim amortuis resurrexerint. neq; nubent.
neq; nubentur. sed sunt. sicut angeli in celis.
De mortuis autem quod resurgant. non legistis
in libro moysi. sup rubū. Quomodo dixerit
illi dīs. Inquiens. Ego sum dīs abraham. & dīs isaac.
& dīs iacob. Non est dīs mortuorū. sed uiuorum.
Uos ergo multum erratis.

m cxxxi. VI m ccxxiiii. Et accessit unus de scribis. qui audierat illos conqui
rentes. & uidens. quō bene illis responderit. Inter
rogauit eū. qd esset primū omniū mandatū.
Ihs aut. respondit ei. quia primū omnium man
datum est. Audi isrl. dns dns tuus. dns unus est.
Et diliges dnm dm tuū ex toto corde tuo. &
ex tota anima tua. & ex tota mente tua. &
ex tota uirtute tua. hoc est primū mandatū.
Secundū autem. simile est illi. Diliges pxi
mū tuum. tamquā te ipsum. Maius horum.
aliud mandatū non est.

m cxxxii Sol Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate dixis
ti. quia unus est. & non est alius preter eum.

& ut diligatur ex toto corde · & ex toto intellectu ·
& ex tota anima · & ex tota fortitudine · & diligere
pximũ · tamquã seipsũ ; Maius est omnibus
holocaustomatibus & sacrificiis ; Ihs autẽ uidens ·
quod sapienter respondisset · dixit illi ; Nones
longe · a regno dĩ ·

fn cxxxiii
fn cexxxi
l cexl.iiij.

Et nemo iam audebat eum interrogare ; Et respon
dens ihs · dicebat docens in templo ;

fn cxxxiiij.
fn cexxxi.
l cexlv

Quomodo dicunt scribę xpm filium esse dauid ·
Ipse enim dauid dicit in spũ scõ · Dixit dns
dnõ meo · sede a dextris meis · Donec ponam
inimicos tuos · scabellum pedum tuorum ;
Ipse ergo dauid dicit eum dnm · et unde est
filius eius · Et multa turba eum libenter audiũ ;

fn cexxxv
fn cexxxiiij
l cexlvi · &
cxxxvii ·

Et dicebat eis in doctrina sua ; Cauete a scribis ·
qui uolunt in stollis ambulare · & salutari in
foro · & in primis cathedris sedere in synagogis ·
& primos discubitos in cęnis ;

fn cxxxvi
l cexlvii

Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu
prolixae orationis · hi accipient plixius iudicũ ;

Et sedens ihs contra gazophilacium · aspiciebat quo
modo turba iacere aes ingazophilacium; Et
multi diuites iacebant multa; Cum uenisset
autem una uidua pauper · misit duo minuta ·
quod · quadrans; Et conuocans discipulos suos ·
ait illis; Amen dico uobis · quoniam uidua hec pauper
plus omnibus misit · qui miserunt ingazophi
lacium; Omnes enim · ex eo quod abundabant ·
illis miserunt; Hec uero · de penuria sua · omnia
quae habuit · misit totum victum suum;

m cxxxvii · m cxlii · l cxxxviii · & cxliiii

Et cum egrederetur de templo · ait illi unus ex dis
cipulis suis; Magister · aspice quales lapides ·
& quales structure; Et respondens ihs · ait illi;
Uides has omnes magnas aedificationes · non relin
quetur lapis super lapidem · qui non destruat;

XI ·

m cxxxviii · m cxliii · l cxliiii ·

Et cum sedebit in monte oliuarum
contra templum · interrogabant eum separatim
petrus · & iacobus · & iohannes & andreas; Die nobis ·
quando ista fient · & quod signum erit · quan
do hec omnia incipient consumari · Et respon

dens ihs: cepit dicere illis; Videte: ne quis uos
seducat; Multi enim uenient in nomine meo
dicentes: quia ego sum: & multos seducent;
Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum:
ne timueritis; Oportet enim fieri: sed nondum finis;
Exsurget enim gens sup gentem & regnum sup
regnum: & erunt terre motus per loca: & fames:
Initium dolorum hec;

m cxxxviii
m cxlviii
l cc l
lo cxl
& cxlvi

Videte autem uos metipsos; Tradent enim uos
in concilia: & in synagogis uapulabitis; Et ante
p̄sides & reges stabitis, ppter me: in testimonium
illis;

m cxl
m cxlvii

Et in omnes gentes: primum oportet p̄dicari euangelium;

m cxli
m lxxxviii
l clxxiii
& ccl

Et cum duxerint uos tradentes: nolite precogitare
quid loquamini; Sed quod datum uobis fuerit
in illa hora: id loquimini; Non enim estis uos
loquentes: sed spiritus sanctus; Tradet autem frater
fratrem in mortem: & pater in filium; Et consurgent
filii in parentes: & morte adficient eos;
Et eritis odio omnibus: ppter nomen meum;

Quiautē sustinuerit infinem: hicsaluus erit.
Interrogatus ihs a discipulis deconsumatione
seculi: dixit eis.

ꝯ exlii
ꝯ ccxlviii
Cū autem uideritis abhominationē desolatio
nis stantē ubi nondebet: quilegit intellegat.

ꝯ exliii
ꝯ ccxlviii
l ccxviii
& ccl iii
Tunc qui in iudea sunt fugiant inmontes: &
qui super tectū nedescendat indomū · nein
troeat utrollat quiddedomo sua. Et qui in
agro erit: nonreuertatur retro tollere uesti
mentū suū.

ꝯ exliiii
ꝯ ccxlviiii
l ccl iiii
Ve autem praegnantibus & nutrientibus: in illis
diebus.

ꝯ exlv
ꝯ ccl.
Orate uero: ut hieme nonfiant.

ꝯ exlvi
ꝯ ccli
l cclvi
Erunt enī dies illi tribulationes tales: quales
nonfuerunt abinicio creaturae quā condidit
ds usq; nunc · neq; fient.

ꝯ exlvii
ꝯ ccly
Et nisi breuiasset dns dies: nonfuisset salua
omnis caro. Sed ppt electos quos elegit: bre
uiauit dies.

ꝯ exlviii
ꝯ ccl iii
l ccliii
Et tunc siquis uobis dixerit: ecce hicest xps:

ecce hic illic: noncredideritis;

Exurgent enim pseudo xpi & pseudo prophete:
& dabunt signa & portenta ad se ducendos
si poteſt fieri & iam electos; Vos ergo uidete:
ecce predixi uobis omnia;

Sed in illis diebus post tribulationem illam: sol
contenebrabitur. & luna non dabit splendo
rem suum: & stelle celi erunt decidentes: &
uirtutes que sunt in celis mouebuntur;

Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in
nubibus: cum uirtute multa & gloria; Et tunc
mittet angelos suos. & congregabit electos
suos a quatuor uentis: a summo terre usq;
ad summum celi; A ficu autem: discite parabolam;
Cum iam ramus eius tener fuerit. & nata fue
rint folia: cognoscitis quia in proximo sit
aestas; Sic et uos cum uideritis hec fieri: scitote
quod in proximo sit in hostiis; Amen dico uob:
qm non transibit generatio hacc: donec
omnia ista fiant; Celum & terra transibunt:

uerba autem mea non transibunt ;

cm clii
cm cclx

De die aut illo uel hora nemo scit : neq; angeli in
celo · neq; filius nisi pater . ;

cm cliii .
cm cclxiii .

Videte uigilate & orate : nescitis enim · quando tp̃s sit ;

cm cliiii
cm cclxiiii .
l ccxxxiiii .

Sicut homo qui peregre profectus · reliquit do
mu suam : & dedit seruis suis potestate cui
q; operis : & iantori precepit ut uigilaret :

cm clv .
cm cclxiiii .
l clvi .

Sic Vigilate ; ergo : nescitis enim : quando dominus
domus ueniat ; sero · an media nocte : an gallicantu · an mane . ; Ne cum uenerit repente : in
ueniat uos dormientes . ; Quod autem uobis dico :
omnibus dico : uigilate . ;

XIJ.

cm clvi
cm cclxiiii .
l cclx .
lo xx & lviii .

Erat autem pascha : & azima
post biduum . ;

cm clvii .
cm cclxxv

Et querebant summi sacerdotes & scribe · quomodo
ihm dolo tenerent · & occiderent . ; Dicebant
enim . ; Non in die festo : ne forte tumultus
fiere populi . ;

cm clviii .
cm cclxxvi
l lxxiiii .
lo xcviii .

Et cum esset bethania · in domo simonis leprosi
& recumbere : uenit mulier habens alabastrum

unguenti nardi spicati pretiosi. Et fracto alabastro.
effudit super caput eius. Erant autem quidam
indigne ferentes intra semetipsos. et dicentes.
Utquid perditio ista unguenti facta est? Poterat
enim unguentum istud venundari plusquam
trecentis denariis. et dari pauperibus. Et fremebant
in eam. Ihs autem dixit. Sinite eam. Quid
illi molesti estis? Bonum opus. operata est
in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum.
et cum uolueritis. potestis illis benefacere.
Me autem. non semper habetis.

Sn elxiiij. IIII Sn cclxxxiij Lo cclxiij.

Quod habuit hec fecit. preuenit ungere cor
pus meum in sepulturam. Amen dico uobis.
ubicumque predicatum fuerit euangelium istud
in uniuerso mundo. et quod fecit hec. narrabitur
in memoriam eius.

Sn dx II Sn cclxxxiiij L cclxiij.

Et iudas scariothis unus de duodecim. abiit
ad summos sacerdotes. ut proderet eum illis.
Qui audientes gauisi sunt. et promiserunt ei
pecuniam se daturos. Et querebat. quomodo

illum oportune traderet. Et primo die azimo
rum · quando pascha immolabant. Dicunt ei
discipuli. Quouis eamus · & paremus tibi · ut
manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis
suis. & dicit eis. Ite in ciuitatē. & occurret uobis
homo lagunā aquę bajulans. Sequimini eū;
& quocumq; introierit. Dicite domino domus.
quia magister dicit. Ubi est refectio mea.
ubi pascha cum discipulis meis manducem?
Et ipse uobis demonstrabit cenaculū grande
stratū. & illic parate nobis. Et abierunt discipli
eius. & uenerunt in ciuitatem · & inuenerunt
sicut dixerat illis. & parauerunt pascha.

ℭ elxi
ℭ ccl xxxuiij.
ℓ cxxi. & lxxxi.

Vespere autem facto. uenit cum duodecim. Et
discumbentibus eis & manducantibus. ait ihs.
Amen dico uobis. quia unus ex uobis metra
det qui manducat mecum.

ℭ elxii
ℭ ccl xxx
ℓ ccl xviiii
la cxxii.

At illi cęperunt contristari. & dicere ei singul
latim. Nūquid ego?

ℭ elxiii
ℭ ccl xxxi
ℓ ccl xuiij.

Quiait illis. Unus ex duodecim. qui intingit mecū manū

incarno; Et filius quidē hominis uadit: sicut
scriptum est deeo.

Vc aut̄em homini illi: per quem filius hominis
tradetur; Bonū erat ei: si non esset nat̄ homo ille.

Et c manducantibus illis: Accepit ihs̄ panem.
& benedicens fregit. & dedit eis: & ait; Sumite:
hoc est corpus meum.

Et c accepto calice: gratias agens & dedit eis;
& biberunt ex illo omes; Et ait illis; Hic est san
guis mus̄ noui testamenti: qui pro multis ef
fundetur; Amen dico uobis: quod iam n̄ bibā
de genimine uitis. usq; in diem illum: cum
illud bibam nouū in regno dei;

Et c hymno dicto: exierunt in montē oliuarum;

Et ait ihs̄ eis; Omes̄ scandalizabimini in nocte
ista: quia scriptum est.

Percutiā pastorem: & dispergentur oues; Sed
postea quā resurrexero: p̄cedā uos in galileā;

Petrus autē: ait ei; Et si omes̄ scandalizati fue
rint: sed non ego; Et ait illi ihs̄; Amen dico

tibi: quia tu hodie innocte hac. Priusquã bis
gallus uocem dederit ter. me(s) negaturus.

cl xxi
XII
ccxc

Ait ille amplius loquebatur; Et si oportuerit me simul
conmori tibi: nonte negabo; Similiter autẽ
omes dicebant.

cl xxii.
I
ccxci
I bel xxxiiii
l cl xi.

Et uenunt in predium cui nomen gethsemani:
ait discipulis suis; Sedete hic: donec orem;

cl xxiii
XII
ccxcii.

Et assumit petrum. et iacobum et iohannẽ secum:
cepit pauere et tedere.

cl xxiiii
XIII
ccxciii.
Io cviii.

Et ait illis; Tristis est anima mea: usq; ad mortem;
Sustinete hic: et uigilate.

cl xxiv
I
ccxciiii.
I cel xxxi.
Io cl xi.

Et cum processisset paululum: procidit sup terrã
et orabat. Ut si fieri posset transiret a eo hora:
Et dixit; Abba pater: Omnia tibi possibilia
sunt: transfer calicem hunc a me.

cl xxv
I
ccxcv.
I cel xxxii.
l lvii et xii.

Sed non quod ego uolo: sed quod tu; Et uenit et
inuenit eos dormientes: et ait petro; Symon
dormis: nonpotuisti una hora uigilare?

cl xxvi.
II
ccxcvi
I cel xxx
et cel xxxiii.
cl xxvii.
III
ccxcvii.
Io lxx.

Vigilate et orate: ut non intrates in temptationẽ;
Spiritus quidem promptus: caro uero infirma;

ꝯ clxxxiiii. ꝯ cexcviii. Et iterum abiens: oravit eundem sermonē. dicens;
Et reversus denuo: invenit eos dormientes; erant
enim oculi illorum gravati: Et ignorabant
quid responderent ei.

ꝯ clxxx iiii ꝯ cexcviiii lo cvi. Et venit tertio: & ait illis; Dormite iam: &
requiescite; Sufficit; Venit hora: ecce tra
detur filius hominis in manus peccatorum;
Surgite: eamus; Ecce qui me tradet: prope est;

ꝯ clxxxi i ꝯ ccc L̄ cclxxxx lo clxcvi. Et adhuc eo loquente: venit iudas scarioth
unus de duodecim. & cum illo turba multa.
cū gladiis. & lignis: a summis sacerdotibus. &
a scribis. & a senioribus.

ꝯ clxxxii ii ꝯ cccl L̄ cclxxxxi Dederat autē traditor eius signū eis dicens;
Quēcumq; osculatus fuero. ipse est: tenete
eum. & ducite caute; Et cum venisset: statim
accedens ad eum. ait; Rabbi: et osculatus est
eum; At illi manus iniecerunt in eum:
& tenuerunt eum.

ꝯ clxxxiii. i ꝯ cccli. L̄ cclxxxxii lo clx. Unus autem quidā de circūstantibus educens
gladium. percussit seruū sūmi sacerdotis:

&amputauit illi auriculam. ⁊

r ō el xxxiiij. t ō ccc iiij. l ccl xxxviiij. lo el xx.

Et respondens ihs. ait illis. ⁊ Tamquā adlatronem
existis cū gladiis & lignis. comprehendere me. ⁊
Cotidie eram apud uos in templo docens. & nō
me tenuistis. ⁊ Sed ut adimplentur scripturae. ⁊

r ō el xxxxu. t ō ccc. VII

Tunc discipuli eius relinquentes eū. omis fugerunt. ⁊

r ō el xxxxui. X Sol

Adolescens autē quidam sequebatur eū. amictus
sindone sup nudo. & tenuerunt eum. ⁊ At ille
relicta sindone. nudus pfugit abeis.

r ō el xxxxiii. t ō ccc vi la ccxc lo el xii.

Et adduxerunt ihm̄ ad sūmū sacerdotem. &
conuenerunt omis sacerdotes & scribe. & seniores. ⁊

r ō el xxxxiiij. t ō ccc iiij. lo el xiiij.

Petrus autem alonge sequutus est eum. usque
intro in atrium sūmi sacerdotis. ⁊ Et sedebat
cū ministris. & cale faciebat se ad ignem. ⁊

r ō el xxxxiiij. t ō ccc iiij. l ccc.

Sūmi uero sacerdotes & omne concilium que
rebant aduersus ihm̄ testimonium. ut eū morti
traderent. nec inuenebant. ⁊ Multi enī testi
monium falsum dicebant aduersus eū. &
conuenientia testimonia non erant. ⁊

r ō exc t ō ccc iiij.

Et quidā surgentes. falsū testimoniū ferebant

aduersus eum dicentes; quo nos audiuimus eu
dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factu.
& per triduum aliud non manu factum aedi
ficabo; Et non erat conueniens testimoniu illoru;

XIIIJ. Et exsurgens sumus sacerdos
in medium. interrogauit ihm dicens; Non res
pondes quicquam adra quae tibi obiciuntur
abhis? Ille autem tacebat. Et nihil respondit;
Rursum sumus sacerdos interrogabat eum.
& dixit ei; Tues xps filius benedicti?

ch exci
t l
m cccx
l cccxcvii
lo lxxuiiij

Jhs autem dixit illi; Ego sum; Et uidebitis filiu
hominis adextris sedentem uirtutis. & ue
nientem cum nubibus celi;

ch excii
t vii
m cccxi

Sumus aut sacerdos scindens uestimenta
sua ait;

ch exciij
t ii
m cccxii
l cccxcviiij

Quid adhuc desideramus testes? Audistis blas
phemiam. quid uobis uidetur. Qui omnes
condempnauerunt eu ee reum mortis;

ch exciiij
t l
m cccxiij
l cccxciiij
lo cl xxii

Et ceperunt quidam conspuere eu. & uelare
faciem eius. & colaphis eu cedere. & dicere ei;

Prophetiza. Et ministri alapis eum cedebant.

r m cxcv
t I m ccexiiij
l ccxci
lo clxviij & clxxii

Et cum esset petrus in atrio deorsum uenit
una ex ancillis summi sacerdotis. Et cũ uidis
set petrum calefacientem se aspiciens illũ
ait. Et tu cum ihũ nazareno eras. At ille
negauit dicens. Neq; scio neq; nouq̃ dicas.

r m cxcvii
t I m ccexv
l ccxcii
lo clxxv

Et exiit foras ante atrium & gallus cantauit.
Rursus autem cum uidisset illũ ancilla cepit
dicere circumstantibus. Quia hic ex illis est.
At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus
qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es.
Nam & galileus es. Ille autem cepit anathemati
zare & iurare quia nescio hominẽ istum
quẽ dicitis. Et statim iterum gallus cantauit.

r m cxcviij
t II m ccexvii
l ccxciij

Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihs.
Prius quam gallus cantet bis ter me negabis.
& cepit flere.

r m cxcviiij
t II m ccexviiij
l ccxcv

Et confestim mane consilium facientes sũmi
sacerdotes cũ senioribus & scribis & uniũso cẽcilio.

r m cxcviiii
t I m ccc xxiij
l ccc
lo clxxvii

Vincientes ihm duxerunt. & tradiderunt pilato.

r m cc
t m cccxx
l cccii
Io clxxxiii

Et interrogauit eum pilatus. Tues rex iudeorum?
At ille respondens. ait illi. Tu dicis.

r m ccl
t IIII m cccxxi
Io clxxxi & cxxxii

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.
Pilatus autem. rursum interrogauit eu dicens.
Non respondes quicquã? Uide. inquantis te ac
cusant. Ihs autem amplius nihil respondit.
Ita. ut mirareturꝯ pilatus.

r m ccli
t II m cccxxii
l ccc xxiii

Per diem autem festum. dimittere solebat illis
unum exuinctis. quẽcumq; petissent.

r m cclii
t IIII m cccxxiii
Io clxxxii

Erat autem qui dicebatur barrabbas. qui cũ seditio
sis erat uinctus. qui in seditione fecerat homici
dium. Et cum ascendisset turba. cepit rogare
sicut semp faciebat illis. Pilatus autẽ. respon
dit eis & dixit. Uultis dimittã uob regẽ iudeorꝯ?

r m cclii
t I m cccxxiv
l cccx
Io clxxxiii

Sciebat enim. quod per inuidiam tradidissent
eum summi sacerdotes. Pontifices autem. conci
tauerunt turbam. ut magis barrabam dimit
teret eis.

r m cclv
t I m cccxxv
l cccxi
Io clxxxiiii & cxxxiii

Pilatus autem. iterum respondens ait illis. Quid
ergo uultis faciam regi iudeorũ? At illi iterũ

clamauerunt ; Crucifige eum ; Pilatus uero dicebat
eis ; Quid enim malifecit ? At illi magis clamabant ;
Crucifige eum . ;

r m ccvii
m ccccxxxiii
l ccc·xiii.
lo cxcvi

Pilatus autem uolens populo satis facere dimisit
illis barabban . Et tradidit ihm flagellis cesum .
ut crucifigeretur . ;

r m ccviii
m cccxxxiii.
lo clxxxv.
& clxxxvi.

Milites autem duxerunt eum intro in atrium
pretorii . & conuocant totam cohortē . Et indu
unt eum purpura . & inponunt ei plectentes
spineā coronam . & ceperunt salutare eum ;
Aue . rex iudeorum ; Et percutiebant caput ei
harundine . & conspuebant eum .

r m ccviiii.
m cccxxx

Et ponentes genua . adorabant eum ; Et postquā
illuserunt ei . exuerunt illum purpura . & in
duerunt illū uestimentis suis . & educunt illū
ut crucifigerent eum . ;

r m ccviiii
m cccxxxi
l ccc·xv
lo cxcvii.

Et angariauerunt pretereuntem quēpiā simo
nem cyreneum uenientem de uilla patrē
alexandri & rufi . ut tolleret crucem eius . ;

r m ccx
m cccxxxii
l cccxviii
lo cxcviii.

Et perducunt illū in golgotha locū . qd est

interpretatū calvariae locus.⁊

Et dabant ei bibere murratum vinū: & non accepit.⁊

Et crucifigentes eum: diviserunt vestimenta ei.
mittentes sorte sup eis. quisquid tollere &.⁊

Erat autem hora tercia: & crucifixerunt eum.⁊

Et erat titulus causę eius inscriptus: Rex iudeorū.⁊

Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum
a dextris. & alium a sinistris eius.⁊

Et adimpleta est scriptura quę dicit: & cum iniquis reputatus est.⁊

Et pretereuntes blasphemabant eū: moventes
capita sua & dicentes.⁊ Vah. qui destruxit
templū. & in tribus diebus aedificat.⁊ Salvū
fac temetipsum: descendens de cruce.⁊

Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrū: cū scribis dicebant.⁊ Alios salvos fecit:
seipsum non potest. salvum facere.⁊ Xpe rex
israhel. descendat nunc de cruce: ut videamus
& credamus.⁊

Et qui cū eo crucifixi erant: conviciabant ei.⁊

ꝯ ccxx
ꝯ II
ꝯ ccexl
ℓ ccexxuu.

Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram
usq; in horam nonam.

ꝯ ccexxu
ꝯ VII
ꝯ ccexlu

Et hora nona: exclamauit ihs uoce magna dicens;
Heloi: heloi: lamasabacthani; quod est interpretatum; Ds ms: ds ms: ut quid dereliquisti me?
Et quidam de circumstantibus audientes dicebant;
Ecce heliam uocat.

ꝯ ccexxu.
ꝯ II
ꝯ ccexlu
ℓ ccexxuu.

Cucurrit autem unus & implens spongiam aceto.
circumponensq; calamo: potum dabat ei dicens;
Sinite: uideamus: siueniat helias adponendum eum;

ꝯ ccexxuu.
ꝯ I
ꝯ ccexlu.
lu ccc uuu.
lo ccuu.

Ihs autem: emissa uoce magna. exspirauit;

ꝯ ccexxuu.
ꝯ II
ꝯ ccexlu.
ℓ ccexxuu.

Et uelum templi scissum est in duo: a sursum
usq; deorsum.

ꝯ ccexxu
ꝯ II
ꝯ ccexlu.
ℓ ccexxx

Videns autem centurio qui ex aduersa stabat quia
sic clamans exspirasset: ait; Uere: homo hic
filius di erat.

ꝯ ccexxui
ꝯ VI
ꝯ ccexlui.

Erant autem & mulieres de longe aspicientes;
inter quas erat maria magdalene: & maria
iacobi minoris: & ioseph mater: & salome;
Et cum esset in galilea: sequebantur eum & mi

ministrabant ei. Italiae multi. quesimul cumeo
ascenderant hierosolymam.

dn ccxxxii
t i
dn ccc xl viii.
l ccc xxxii.
lo ccvi.

Et cum iam sero esset factum. quia erat parasceue.
quodest ante sabbatum. Venit ioseph abarima
thia nobilis decurio. quiaeipse erat exspectans
regnum di. Iaudacter introiit adpilatu. & pe
tiit corpus ihu. Pilatus autem eum mirabatur.
siiam obisset. Iaccersito centurione. interro
gauit eum siiam mortuus esset. Ieum cognouis
set acenturione. donauit corpus ihu ioseph.

dn ccxxxiii
t i
dn ccc xl viii.
l ccc xxxiii.
lo ccvii.

Ioseph autem mercatus sindonem. & deponens
eum inuoluit sindone. & posuit eum inmonu
mento. quoerat excisum depetra. Iaduoluit
lapidem. adhostium monumenti.

dn ccxxxiiii
t iii
dn ccc l

Maria autem magdalene. & maria ioseph.

dn ccxxx
l ccc

Et cum transisset sabbatum. maria magdalene. &
maria iacobi & salome. emerunt aromata.
ut uenientes unguerent eum.

dn ccxxxi
t i
dn ccc lii
l ccc xxxiiii
lo ccxiiii.

Et ualde ~~una~~ mane una sabbati
ueniunt ad monumentum

monumentū: orto iam sole; Et dicebāt adinuicē;
Quis reuoluit nobis lapidem abhostio monumēti?
Et respicientes: uiderunt reuolutum lapidem; Erat
Cui ergo similes dicā homines generationis huius. & cui similes sunt: Similes sunt pueris sedentibus in foro. & loquentibus ad inuicē: & dicentib; ;Cantauimus uobis tibiis. & non saltastis: Lamentauimus. & non plorastis; Venit enī iohannes baptista. Neq; manducans panem. neq; bibens uinū: & dicitis dēmonium habet; Venit filius hominis manducans & bibens: & dicitis: Ecce homo deuorator & bibens uinum: Amicus publicanorū & peccatorum; & iustificata est sapientia a omnibus filiis suis.;

L lxxiiii
♄ col xxvi
♄ el uii
lo xcuii.

Rogauit autem illū quidā de pharisei:

ut manducaret cum illo; Et ingressus domum pharisei
discubuit; Et ecce mulier quae erat in ciuitate
peccatrix: ut cognouit quod accubuisset in domo
pharisei: adtulit alabastrum unguenti: Et stans
retro secus pedes eius lacrimis cepit rigare
pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: &
osculabatur pedes eius: & unguento ungebat;
Uidens autem pharisaeus qui uocauerat eum:
ait intra se dicens. Hic si esset ppheta: sciret utique
quae & qualis mulier est quae tangit eum: quia
peccatrix est; Et respondens ihs: dixit ad illum;
Simon: habeo tibi aliquid dicere; At ille ait;
Magister: dic; Duo debitores erant cuidam
feneratori: unus debebat denarios quingentos:
& alius quinquaginta; Non habentibus illis unde
redderent: donauit utrisque; Quis ergo eum
plus diligit: Respondens simon: dixit; Aesti
mo quia is cui plus donauit; At ille dixit ei;
Recte iudicasti; Et conuersus ad mulierem:
dixit simoni; Uides hanc mulierem: intrauit

indomū tuā: aquā pedibus meis nondedisti;
haec autem lacrimis rigauit pedes meos. & capillis
suis tersit; Osculū mihi nondedisti; haec autē
exquo intrauit noncessauit osculari pedes meos.;
Oleo caput meū ñunxisti; haec autē unguento
unxit pedes meos; Propter quod dico tibi; Remit
tuntur ei peccata multa. quō dilexit multū;
Cui autē minus dimittitur. minus diligit;
Dixit aut adillā; Remittuntur tibi peccata;
Ceperūt quisimul accūbebant dicere intrase;
Quis est hic. qui & iam peccata dimittit? Dixit
autem admulierē; Fides tua te saluā fecit. uade in pace;

Ilxxx
Sol

Et factum est deinceps. & ipse iter faciebat per ciui
tatem & castellū. pdicans & euangelizans regnū
dī; & duodecim cū illo. Et mulieres aliquē quē
erant curatē. abspiritibus malignis. & infirmi
tatibus; Maria quē uocatur magdalene de qua
demonia septē exierant. & iohanna uxor
chuzae procuratoris herodis. & sussanna. & alie
multe quē ministrabant eis. de facultatib; suis.;

L lxxxi
T II
M exxxi
H xxxxi

Cum autem turba plurima conueniret & de ciuita
tibus properarent ad eum: dixit psimilitudinē,
Exiit qui seminat: seminare semen suū, Et dum
seminat: aliud cecidit secus uiam & conculcatum est.
& uolucres cęli comederunt illud; Et aliud cecidit
sup̄ petram: & natum aruit. quia non habebat
humorem; Et aliud cecidit inter spinas: & simul
exortę spinę suffocauerunt illud; Et aliud cecidit
in terrā bonam: & ortum fecit fructum centu
plum; Haec dicens clamabat; Qui habet aures
audiendi: audiat; Interrogabant autē eum discipuli ei:
quę esset hęc parabola; Quibus ipse dixit; Uobis
datum est nosse mysteriū regni dī:

L lxxxii
T I
M exxxii
H xxxxii
Io cviii

Ceteris autē in parabolis: ut uidentes ñ uideant:
& audientes non intellegant.

L lxxxiii
T II
M exxxiii
H xxxxiii

Est autē haec parabola; Semen est uerbum dī.
Quia autē secus uiam sunt: hi sunt qui audiunt;
deinde uenit diabolus. & tollit uerbū de corde
eorū: ne credentes salui fiant; Qui ā supra petrā:
qui cum audierint. cum gaudio suscipiunt

uerbum; & hi radices non habent: qui ad tempus cre
dunt. & in tempore temptationis recedunt; Quod
autē in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt. &
a sollicitudinibus. & diuitiis. & uoluptatibus uite
euntes suffocantur. & non referunt fructū; Qd
autē in bonā terrā: hi sunt qui in corde bono
& optimo audientes uerbū. retinent; Et fructū
adferunt: in patientia;

L lxxxiiii
T II
M xxxii
M xxxiiii.

Nemo autem lucernā accendens. operit eam
uase: aut subtus lectum ponit. sed sup candela
brum ponit. ut intrantes uideant lumen;

L lxxx
T II
M xcii
M xl

Non enī est occultum qd ñ manifestetur. nec ab
sconditū qd ñ cognoscat. & in palam ueniat;

L lxxxi
T II
M cxxxii

Videte ergo quomodo auditis; Qui enī habet.
dabitur illi; Et quicūq; ñ habet. & iā qd putat
se habere. auferetur a illo.;

L lxxxii
T II
M cxxx
M xxxi.

Venerunt autem ad illū mater & fratres eius.
& non poterant adire eum pre turba; Et nunti
atū est illi. Mater tua & fratres tui stant
foris uolentes te uidere; Qui respondens. dixit

adeos. Mater mea & fratres mei. hi sunt. qui verbū
dī audiunt. & faciunt.

Lectio II de Ieiunio et xl.

Factum est autē in una dierum. & ipse ascendit in
naviculam. & discipuli eius. Et ait ad illos. Transfre
temus trans stagnū. Et ascenderunt. Navigantibus
autē illis. obdormivit. Et descendit procella venti
in stagnū. & complebantur. & periclitabantur. Acce
dentes autē. suscitaverunt eum dicentes. Praecep
tor. perimus. At ille surgens. increpavit ventū.
& tempestatē aquę. & cessavit. Et facta est tran
quillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vra.
Timentes. mirati sunt dicentes ad invicem.
Quis putas hic est. Quia & ventis imperat &
mari. & obediunt ei. Et navigaverunt autem.
ad regionem gerasenorū. quę est contra galilęā.
Et cum egressus eet. ad terrā. Occurrit illi vir
quidā qui habebat dęmonia iam temporib;
multis. Et vestimento n̄ induebatur. neq; in do
mo manebat. sed in monumentis. Is ut vidit
ihm. procidit ante illum. & exclamans voce

magna dixit; Quid mihi & tibi est ihū fili dī altissi
mi? Obsecrote ne me torqueas; Precipiebat enim
spiritui immundo ut exiret abhomine; Multis
enim temporibus arripiebat illum & uinciebat
catenis & cōpedibus custoditus. Et ruptis uinculis
agebatur a demonio in deserta; Interrogauit
autem illū ihs dicens; Quod tibi nomen est?
At ille dixit; legio; Quia intrauerunt demonia
multa in eum; Et rogabant illum ne imperaret
illis ut in abyssum irent; Erat autem ibi grex
porcorum multorū pascentium in monte &
rogabant eum ut permitteret eis in illos in
gredi; Et permisit illis; Exierunt ergo demonia
abhomine & intrauerunt in porcos; Et impe
tu abiit grex per preceps in stagnum & suffo
catus est; Quod ut uiderunt factū qui pascebant
fugerunt & nuntiauerunt in ciuitate & in uil
las; Exierunt autem uidere quod factū & ue
nerunt ad ihm. Et inuenerunt hominē seden
tem a quo demonia exierant uestitū & sana

mente adpedes eius. & timuerunt. Nuntiaue
runt autem illis. & qui uiderant. quomodo sanus
factus esset a legione. Et rogauerunt illum omis
multitudo regionis gerassenorum. ut discederet
a ipsis. quia timore magno tenebantur.

L lxxxiiii
VIII
de xl viii

Ipse autem ascendens nauim. reuersus est. & roga
bat illum uir. a quo demonia exierant. ut cum eo
esset. Dimisit autem eum ihs. dicens. Redi domum
tuam. & narra quanta tibi fecit ds. & abiit per
uniuersam ciuitatem. predicans quanta illi fecisset ihs.

VII.

L lxxxv
XII
de lxxiii
de xl viii

FACTUM EST AUTEM CUM REDISSET.
ihs. excepit illum turba. Erant enim omis expectan
tes eum. Et ecce uenit uir. cui nomen iairus.
& ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pe
des ihu. rogans eum ut intraret in domum eius.
quia filia unica erat illi fere annorum duode
cim. & hec moriebatur. Et contigit dum iret. a turbis
comprimebatur. Et mulier quedam erat in fluxu
sanguinis a annis duodecim. que in medicos ero
gauerat omnem substantiam suam. nec a bullo

potuit curari: accessit retro & tetigit frimbriā
uestimenti eī; & confestim stetit fluxus sangui
nis eius. Et ait ihs; Quis est qui me tetigit? Negan
tibus autē omnibus: dixit petrus. & qui cū illo erant;
Preceptor: turbe te conprimunt. & affligunt:
& dicis quis me tetigit? Et dixit ihs; Tetigit me
aliquis; Nam ego noui uirtutē de me exisse.
Uidens autē mulier quia non latuit: tremens
uenit. & cecidit ante pedes illius: & obquā cau
sam tetigerat eū. indicauit corā omni populo:
& quē admodū confestim sanata sit. At ipse
dixit illi; Filia: fides tua te saluā fecit: uade
in pace; Adhuc illo loquente: uenit quidam
ad principē synagoge dicens ei; Quia mortua ē
filia tua: noli uexare illū; Ihs autē audito
hoc uerbo: respondit patri puellę; Noli timere:
crede tantū. & salua erit; Et cum uenisset domū:
non permisit intrare secū quēquā. nisi petrum
& iacobū. & iohannē. & patrē & matrē. puellę;
Flebant autē omnes: & plangebant illā; At ille

dixit. Nolite flere: nonest mortua seddormit.
Et deridebant eum: scientes quia mortua est. Ipse
autem tenens manum eius: clamauit dicens; Puella:
surge; Et reuersus est spiritus eius: & surrexit con
tinuo; & iussit illi dari manducare; Et stupuerunt
parentes eius; Quibus precepit. ne alicui dicerent:
VIII qd factu erat.

L lxxxxi
℣ II
℟ lxxxiiii
℟ lxxxiiiq

CONUOCATIS AUTE DUODECI APLIS:
dedit illis uirtute & potestatem sup omia de
monia: & ut languores curarent; Et misit illos
pdicare regnum di: & sanare infirmos.

L lxxxxii
℣ II
℟ lxxxiii
℟ Luq.

Et ait ad illos; Nihil tuleritis in uia: neq; uirgã.
neq; peram. neq; panem. neq; pecuniam. neq;
duas tunicas habeatis; Et quãcũq; domũ in
trauerritis: ibi manete. & inde nee xeatis.

L lxxxiii
℣ V
℟ lxxxv
℟ Lu.

Et quicũq; ñ receperint uos: exeuntes decuntate
illa: & iã puluere pedũ uroru excutite in
testimonium: supra illos.

L lxxxiiiq
VIII
℟ Lu.

Egressi aute circuibant pcastella: euangelizan
tes & curantes ubiq;

l xc
t II
m exlii
m lvii

Audiuit autem herodes tetrarcha omnia quefiebant
abeo & hesitabat eo quod diceretur aquibusdam
quia iohannes surrexit amortuis; Aquibusdam
uero quia helias apparuit; Aliis autem quia
ppheta unus deantiquis surrexit; Ait herodes;
Iohannem ego decollaui; Quis autem est iste de
quo ego audio talia? Et querebat eum uidere.;

l xci
t IIII
m lxi

Et reuersi apli narrauerunt illi quecunq; fecerunt.;

l xcii
t III
m exlvii
lo xlviii

Et adsumptis illis secessit seorsum inlocum desertum
quiest bethsaide; Quod cum cognouissent turbe
secutesunt illum & exceptit illos & loquebat illis
deregno dei & eos quicura indigebant sanabat;

l xciii
t I
m exlviii
m lxiii
lo xlviii

Dies autem ceperat declinare; Accedentes duo
decim dixerunt illi; O dimitte turbas ut euntes
incastella uillasq; quecircasunt diuertant & in
ueniant escas quia hic inloco deserto sumus;
Ait autem adillos; Dos date illis manducare;
At illi dixerunt; Nonsunt nobis plusquam quinq;
panes & duo pisces nisi forte nos eamus & e
mamus inomnem hanc turbam escas; Erant aut

fere uiri quinq; milia; Dixit autē ad discipulos suos;
Facite illos discumbere pecuniuia quinquagenos;
&ita fecerunt; Et discubuerūt omēs; Acceptis autē
quinq; panibus & duobus piscibus. Respexit in cę
lum. & benedixit illis. & fregit. & distribuit disci
pulis suis. ut ponerent ante turbas; Et manducaue
runt omēs. & saturati sunt; Et sublatū est. qd
sup fuit illis fragmentorū. cophini duodecī;

Et factum est cū solus eet orans. Erant cū illo & dis
cipuli; Et interrogauit illos dicens; Quē me dicunt
ee tbę. At illi respondeūt. & dixerūt. Iohannē
baptistam; Alii autē heliam. Alii quia pphęta
unus de prioribus surrexit; Dixit autē illis; Vos
autem quēme esse dicitis.

Respondens symon petrus. dixit; Xpm dī; At ille
increpans illos. pcepit nec cui dicerent hoc. dicens;
quia oportet filiū hominis multa pati. & repro
bari a senioribus. & principibus sacerdotū & scribis.
& occidi. & tertia die resurgere.

Dicebat autē ad omēs si quis uult
uenire post me abneget &c.

abnegē seipsum. & tollat crucem suam cotidie.
& sequatur me. Quicūq; uoluerit animā suā saluā
facere. perdet illam. Nā quicūq; diderit animā suā
ppter me. saluā faciet illam. Quid enī proficit
homō^m si lucretur uniuersū mundū. se autē ipsū
perdat. & detrimentū sui faciat.

Lxcvii
T II
Ol xcviii
Sh lxxxvi

Nā quisquis me erubuerit & meos sermones. hunc filius
hominis erubescet cū uenerit in maiestate sua
& patris. & scōrum angelorum.

Lxcviii
T II
Ol cxxii.
Sh lxxxvii.

Dico autē uobis. ueresunt aliqui
hic stantes. qui non gustabunt mortē. donec
uideant regnū dī. Factū est autē post hēc uerba
fere dies octo. Et assumpsit petrum. & iacobū. &
iohannē. & ascendit in montem ut oraret. Et fac
tū est dū oraret. species uultus eius altera. Et
uestitus ei albus refulgens. Et ecce duo uiri lo
quebantur cū illo. Erant autē moyses & helias uisi
in maiestate. Et dicebant excessū eius. quē cū
plenturus erat in hierusalē. Petrus uero. & qui cū
illo grauati erant somno. Et euigilantes uiderūt

VIIII.

maiestate eius. & duos uiros qui stabant cũ illo;
Et factum est dũ discederent a illo. Ait petrus ad
ihũ; Preceptor. bonũ est nos hic esse. Et faciam
tria tabernacula; Unum tib. & unũ moysi. & unũ
heliae. Nesciens quid diceret; Haec autẽ illo
loquente. facta est nubes. & obumbrauit eos. & timu
erunt; Intrantibus illis in nubem. & uox facta est
de nube dicens; Hic est filius meus dilectus. ipsũ
audite; Et dũ fiere uox. inuentus est ihs solus; Et
ipsi tacuerunt. & nemini dixerunt in illis diebus
quicquã. ex his que uiderant;

Lxxxiiii. II. clxxxiiii. xci

Factum est autẽ in sequenti de descendentibus illis
de monte. occurrit illis turba multa; Et ecce uir
de turba. exclamauit dicens; Magister obsecro
te. respice in filiũ meũ. quia unicus est mihi;
Et ecce spiritus adprehendit illũ & subito clamat &
elidit. & dissipat eũ cũ spuma. & uix discedit
dilanians eum; Et rogaui discipulos tuos. ut eice
rent illũ. & non potuerunt; Respondens autẽ ihs
dixit; O generatio infidelis & peruersa. usq; quo

ero apud uos. & pater uos. Adduc huc filium tuum. ⁊
Et cum accederet. elisit illum demonium. & dissipauit.
Et increpauit ihs spm immundum. Et sanauit puerum.
& reddidit illum patri eius. ⁊

L c
M III
m. lxxx

Stupebant autem omes. in magnitudine di. ⁊

L c
T II
m clxxxi
h xcviii

Omnibus quem mirantibus omnibus que faciebat. dixit
ad discipulos suos. Ponite uos in cordibus uris sermo
nes istos. Filius enim hominis. futurus est. ut tradatur
in manus hominum. At illi ignorabant uerbum
istud. & erat uelatum ante eos ut non sentirent
illud. Et timebant interrogare eum de hoc uerbo. ⁊

L cii
T II
m clxxxiii
h xc

Intrauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset.
At ihs uidens cogitationes cordis illorum. adprhen
dens puerum statuit illum secus se. & ait illis. Qui
cumq; susceperit puerum istum in nomine meo.
me recipit. Et quicumq; me receperit. recipit eum
qui me misit. Nam qui minor est inter omnes
uos. hic maior est. ⁊

L ciii
M III
m xcviii

Respondens autem iohannes. dixit. Preceptor. uidi
mus quendam in nomine tuo eicientem demo

nia · & prohibuimus eum · quia non sequitur nos ; Et ait
ad illū · ihs · ; Nolite prohibere ; Qui enim non est ad
uersum uos · pro uobis est ;

Ī cum
☓
sol

Factum est autē dum cōpleremur dies assumptionis
eius · & ipse faciem suā firmauit · ut iret hierusa
lem ; Et misit nuntios ante conspectū suū ; Et euntes
intrauerunt in ciuitatē samaritanorū · ut pararent
illi ; & non receperunt eum · quia facies eius erat
euntis hierusalem · Cū uidissent autē discipuli ēj
iacobus · & iohannes · dixerunt · Dnē · uis dicimus ·
ut ignis descendat de cęlo · & consumat illos ·
Et conuersus · increpauit illos dicens · Nescitis ·
cui spī estis · Filius hominis non uenit animas
pdere · sed saluare · Et abierūt · in aliud castellum ;

Ī ou
☓
ōr lxxiii

Factū est autē ambulantibus illis in uia ·

Ī eui
☓
sol

Dixit quidā ad illū ; Sequar te · quocūq; ieris ;
Et ait illi ihs · ; Uulpes foueas habent · & uolucres
cęli nidos · filius autē hominis non habet · ubi
caput reclinet ; Alit autē ad alterū · Sequere me ;
Ille autē dixit ; Dnē · pmitte mihi primū ire ·

et sepelire patre meum. Dixitq; ei ihs. Sine ut
mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem uade.
adnuntia regnu di. Et alter. Sequare dne.
sed primu permitte mihi renuntiare his quidomi
sunt. Ait adillu ihs. Nemo mittens manu
suam in aratrum. & aspiciens retro. aptus est regno di.

Lcviii
sol

Post hec autem designauit dns.
& alios septuaginta duos. & misit illos binos ante
faciem suam. in omnem ciuitatem & locum. quo erat
ipse uenturus. & dicebat illis.

Lcviii
Lxxxiii.

Messis quidem multa. operarii aut pauci. Roga
te ergo dnm messis. ut mittat operarios in messem.

Lcviii
Lxxxvi

Ite. Ecce ego mitto uos. sicut agnos inter lupos.

Lcx
Lxxxii
Liii.

Nolite portare sacculum. neq; peram. neq; calcia
menta. & neminem per uiam saluaueritis.

Lcxi
Lxxxiiii.

& Inquacumq; domu intraueritis. primu dicite.
Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis. requi
escat sup illam pax ua. Sin autem. ad uos reuertet.

Lcxii.
Lxxxiii
Liii.

In eade autem domo manete. edentes & bibentes.
que apud illos sunt. Dignus est enim operarius.

mercede sua. ⁊

L exiii
X
sol

Nolite transire de domo in domum. Et quaecumque ciu
tatem intraueritis & susceperint uos. manducate que
apponuntur uobis. Curate infirmos. qui in illa sunt.
& dicite illis. Adpropinquabit in uos regnum dei.

L exiiii
ff lxxxv
ff lv.

In quamcumque ciuitatem intraueritis. & non receperint
uos. exeuntes in plateas eius. dicite. Etiam pul
uerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra. extergi
mus in uos. Tamen hoc scitote. quia adpropinquabit
regnum dei. Dico uobis. quia sodomis in die illa
remissius erit. quam illi ciuitati.

L exv
X
ff cviii.

Ue tibi corazain. ue tibi bethsaida. quia si in tyro
& sidone facte fuissent uirtutes. que in uobis fac
te sunt. olim in cilicio & cinere sedentes peni
tentiam. Uerumtamen tyro & sidoni remissius erit
in iudicio. quam uobis. Et tu capharnaum. usque
ad celum exaltata. usq; ad infernum dimergeris.

L exvi
ff xcviii
ff xcvii
lo exx.

Qui uos audit. me audit. Et qui uos spernit. me
spernit. Qui autem me spernit. spernit eum qui me misit.

L exvii
X
sol

Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio.

dicentes. Dnē. & iam. dęmonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Et ait illis. Videbam satanan. sicut
fulgŏr de cęlo cadentē. Ecce dedi uobis potestatē
calcandi supra serpentes & scorpiones. & super omnē
uirtutē inimici. & nihil uos nocebit. Verūtamen.
in hoc nolite gaudere. quia spī uobis subiciuntur.
Gaudete autem. quod nomina uŕa. scriptaſt in cęlis.

ī exuiii
ſ ex

In ipsa hora exultauit spū scō. & dixit. Confiteor
tibi pater dnē cęli & terrę. quod abscondisti hęc
a sapientibus & prudentibus. & reuelasti ea paruulis.
Etiam pater. quia sic placuit antę te.

ī exuiiii.
ſ III
ſ exi & exii.
lo lxxxiii.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
scit quis sit filius nisi pater. & quis sit pater nisi
filius. Et cui uoluerit filius reuelare.

ī exx
ſ exxxiiii.

Et conuersus ad discipulos suos. dixit. Beati oculi
qui uident. quę uos uidetis. Dico enim uobis. quod
multi pphetae & reges uoluerunt uidere quę
uos uidetis. & non uiderunt. Et audire quę
audistis. & non audierunt.

ī exxi
ſ II
ſ exciii.
ſ cxiii.

Et ecce quidā legis peritus surrexit. temptans

illum. dicens; Magister. quid faciendo uitam aeternam
possidebo? Ille dixit ad eum; In lege quid scriptum est?
quomodo legis? Ille respondens dixit; Diliges
dnm dm tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima
tua. & ex omnibus uiribus tuis. & ex omni mente
tua. & proximum tuum sicut te ipsum; Dixitq; illi;
Recte respondisti: hoc fac. & uiues.

Lexxu sol

Ille autem uolens iustificare seipsum dixit ad ihm;
Et quis est meus proximus? Suscipiens autem ihs dixit;
Homo quidam descendebat ab hierusalem in iericho:
& incidit in latrones; Qui etiam despoliauerunt eum:
& plagis impositis abierunt. semiuiuo relicto;
Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem
uia: & uiso illo pertransiit; Similiter & leuita
cum esset secus locum. & uidens eum pertransiit;
Samaritanus autem quidam iter faciens uenit
secus eum: & uidens eum misericordia motus est;
Et ad propians alligauit uulnera eius: infundens
oleum & uinum; Et imponens illum iumentum
suum. duxit in stabulum: & curam eius egit; Et altera

die protulit duos denarios: & dedit stabulario & ait;
Cura illius habe: & quodcumq; sup erogaueris: ego
cum rediero reddam tibi; Quis horum trium uidetur
tibi proximus fuisse illi quinciidit in latrones? At
ille dixit; qui fecit misericordiam in illum; Et ait illi ihs;
Uade: & tu fac similiter; Factum est autem dum irent: & ipse
intrauit in quoddam castellum; & mulier quedam martha
nomine: excepit illum in domum suam; Et huic erat soror:
nomine maria; Que & ipsa sedens secus pedes dni:
audiebat uerbum illius; Martha autem: satagebat
circa frequens ministerium; Que stetit: & ait; Dne:
non est tibi curae: quod soror mea reliquit me solam
ministrare: Dic ergo illi: ut me adiuuet; Et respon
dens: dixit illi dns; Martha: martha: sollicitaes:
& turbaris erga plurima; Porro: unum: necessarium;
XI. Maria optimam partem elegit: quae non auferetur abeo;
Et factum est cum esset in loco quodam
orans: ut cessauit. Dixit unus ex discipulis eius ad eum;
Dne: doce nos orare: sicut & iohannes docuit dis
cipulos suos; Et ait illis; Cum oratis: dicite; Pater: sci

ficetur nom tuū. Adueniat regnū tuū. Panem
nrm cotidianū. danob hodie. Et dimitte nob
peccata nra. siquidē & ipsi dimittim omi debenti
nob. Et ne nos inducas in temptationem.

Lexxiiij. sol. Et ait ad illos. Quis urm habebit amicū. & ibit ad illū
media nocte. & dicet illi. Amice. cōmoda mihi
tres panes. quō amicus mis uenit de uia ad me.
& non habeo qd ponā ante illū. Et ille deintus
respondens. dicat. Noli mihi molestus ēē. iam ostiū
clausum est. & pueri mei mecū sunt in cubili. Non
possū surgere. & dare tibi. Et ille si perseuerauerit
pulsans. dico uobis. & si non dabit illi surgens eo qd
amicus eius sit. ppt ipbitatē tamen eius surge.
& dabit illi. quot quot habet necessarios.

I. exxu. ōn Lun. Et ego uob dico. Petite. & dabitur uobis. Querite.
& inuenietis. Pulsate. & aperietur uobis. Omis enī
qui petit accipit. & qui quirit inuenit. & pulsanti
aperiet. Quis aut ex uob patrē petit panē. nūqid
lapidē dabit illi. Aut piscē. nūqid pp piscē ser
pentem dabit illi. Aut si petierit ouū. nūqid

porrigē illi scorpionē? Si ergo uos cum sitis mali
nostis bona data dare filis uris? quanto magis
pater uri de celo. dabit spm bonū petentibus se.

L cxxxii
T cxxxiii.

Erat eiciens demonium: & illud erat mutum. Et cum
eiecisset demonium. locutus est mutus: & admirate
sunt turbe.

L cxxxiii.
T cxxxi
M xxxii.

Quidā aut ex eis dixerunt. In beelzebub principe
demoniorum: eicit demonia.

L cxxxiii.
M cxxxiii.

Et alii tentantes: signū de celo querebant abeo.

L cxxxiiii.
T cxxxii.
M xxxiii.

Ipse aut uidit cogitationes eorū: dixit eis.
Omē regnū in se ipsū diuisū desolabitur: & dom
sup domū cadit. Si aut & satanas in se ipsū di
uisus est: quomodo stabit regnū ipsius. quia
dicitis in beelzebub eicere me demonia? Si aut
ego in beelzebub eicio demonia: filii uri in quo
eiciunt? Ideo ipsi iudices uri erunt. Porro si in
digito di eicio demonia: profecto peruenit in uos
regnū di. Cū fortis armatus custodit atriū suū:
in pace sunt ea que possidet. Si aut fortior illo
superueniens uicerit eū: uniuersa arma eius

aufert. inquibus cōfidebat. Et spolia eius distribuet.
Qui non est mecū. adversū me est. Et qui non colligit
mecū. dispergit.

L cxxx Cū immundus spūs. exierit de homine. ambulat per loca
M cxxxiiij. inaquosa. quærens requiem. & nō inveniens. Dicit.
Revertar in domū meā. unde exiui. Et cū venerit.
invenit scopis mundatā. Et tunc vadit. & adsumit
septē alios spūs nequiores se. & ingressi habitant ibi.
& fiunt novissima hominis illius. priora prioribus.

L cxxxi Factū est autē cū hæc diceret. extollens vocē quædā
S ol. mulier de turba. dixit illi. Beatus venter qui te
portavit. & ubera quæ suxisti. At ille dixit. Quin
immo. Beati qui audiunt verbū dī. & custodi
unt illud.

L cxxxii Turbis autē concurrentibus cœpit dicere. Generatio
M cxxxiiij. hæc. generatio nequa est. Signū quærit. & signū
non dabitur illi. nisi signū Ionæ. Nā sicut fuit
Ionas signū ninivitis. Ita erit & filius hominis
generationi isti. Regina austri surget in iudicio
cū viris generationis huius. & condēpnabit illos.

quia uenit afinibus terre audire sapientiam
salomonis. Et ecce plus salomone hic. Uiri ninuite
surgent in iudicio cum generatione hac. & condem
nabunt illam. quia penitentiam egerunt ad p̄
dicationem ionę. Et ecce plus ionah hic.

L cxxxiii. Nemo lucernam accendit. & in abscondo ponit neq;
m cxxxii. sub modio. sed super candelabrum. ut qui ingredi
d cxxxviii. untur. lumen uideant.

L cxxxiiii. Lucerna corporis tui. est oculus tuus. Si oculus
m xlvi. tuus fuerit simplex. totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem nequam fuerit. & iam corpus tuum tene
brosum erit. Uide ergo. ne lumen quod in te est
tenebrę sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum
fuerit. non habens aliquam partem tenebrarum.
erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris.
illuminabit te.

L cxxxv. Et cum loqueretur. rogauit illum quidam pha
m cccxxxiii. riseus. ut pranderet apud se. Et ingressus. recubuit.
Phariseus autem cepit intra se reputans dicere.
quare n̄ baptizatus esset ante prandium. Et ait

dnis adillum; Nunc uos pharisei qd deforis est calicis
& catini mundatis: qd aut intus est urm: plenu est
rapina & iniquitate; Stulti: nne qui fecit qd deforis
est. & ia id qd deintus est fecit? Verumtam: qd sup
est. date elemosynam: & ecce omia munda sunt uob;

Lexxxvi. Sed uę uobis pharisaeis: quia decimatis menta &
ruta. & omne holus: & pteritis iudiciu & caritate
di; Haec autem oportuit facere: & illa nomittere.;

Lexxxvii. Vae uobis pharisaeis: quia diligitis primas cathedras
insynagis: & salutationes in foro.; Dicebat ihc turbis pharisęor. a principib. iudeor.;

Lexxxviii. Vae uobis: quia estis ut monumenta quę non apparent:
& homines ambulantes sup nesciunt.;

Lexxxix. Respondens aut quda ex legis peritis: ait illi.;
Magister: hęc dicens: & ia nobis contumelia facis;
At ille ait; Et uobis legis peritis uę: quia onerates
homines oneribus quę portari n possunt. Et ipsi
uno digito uro: n tangitis sarcinas.;

Lexl. Vae uobis qui aedificatis monumenta pphetarum:
Patres aut uri occiderunt illos; Profecto testi
camini: qd consentitis operibus patriu uestroru.;

quō quidē ipsi eos occiderunt. Vos autē aedificatis eorum sepulchra.

L exli
M cxl

Propterea et sapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas et apostolos et ex illis occident et persequentur: ut inquiratur sanguis omnium prophetarum quem effusus est a constitutione mundi a generatione ista: a sanguine abel usque ad sanguinem zacchariae qui periit inter altare et aedem: ita dico uobis requiretur ab hac generatione.

L exlii
M cccxxxii

Vae uobis legis periti quia tulistis clauem scientiae.

XII.

Ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.

L exliii
S 61

Cum haec ad illos diceret coperunt pharisaei et legis periti graviter instare et os eius opprimere de multis insidiantes ei et requirentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. Multis autem turbis circumstantibus ita ut se invicem conculcarent coepit dicere ad discipulos suos:

L exliii
M clxxxi
or lxxviii
L exlv
M xcvi

Attendite a fermento pharisaeorum quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est quod non revelabitur neque absconditum quod non sciatur. Quo quae in tenebris dixistis in lu

mine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubiculis.
prdicabitur in tectis. Dico autem uobis amicis meis.
ne terreamini ab his qui occidunt corpus. Et post hec
non habent amplius quid faciant. Ostendam autem uobis.
quem timeatis. Timete eum. qui post quam occiderit. ha
bet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis.
hunc timete. Nonne quinq; passeres uenient di
pondio. & unus ex illis non est in obliuione coram
deo? Sed & capilli capitis uri. omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere. multis passeribus. pluris estis.
Dico autem uobis. Omis quicumq; confessus fuerit
me coram hominib; & filius hominis confitebitur
illum. coram angelis dei.

Lectio
in xemp.
de lxxxvi

Quia autem negauerit me coram hominib;. denegabitur
coram angelis dei.

Lectio
in exxiii
de xxxiiii.

Et omis qui dicit uerbum in filium hominis. remittet illi.
Et autem qui in spm scm blasphemauerit. non remittetur.

Lectio
in lxxxviii
de xli.

Cum autem inducent uos in synagogas. & ad magistratus
& potestates. nolite sollicti esse qualiter aut
quid respondeatis. aut quid dicatis. Sps enim sct docebit

uos in ipsa hora quę oporteat dicere.

Lectio xlviii sol

Ait autem ei quidam de turba. Magister. dic fratri meo.
ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. homo.
quis me constituit iudicem. aut diuisorem super uos.
Dixit q; ad illos. Uidete & cauete ab omni auaritia.
quia non in habundantia cuius quam uita ei est ex his
quę possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens.
hominis cuiusdam diuitis. uberes fructus ager
attulit. & cogitabat intra se dicens. Quid faciam
qd̄ non habeo. quo congregem fructus meos. Et dixit.
hoc faciam. Destruam horrea mea. & maiora faciam.
& illuc congregabo omnia quę nata sunt mihi & bona
mea. & dicam animę meę. Anima. habes multa
bona posita in annos plurimos. requiesce. comede.
bibe. epulare. Dixit autem illi ds. Stulte. hac nocte
animam tuam repetunt a te. quę autem parasti cui
erunt. Sic est. qui sibi thesaurizat. & non est
in dm̄ diues.

Lectio in xlviii

Dixit q; ad discipulos suos. Ideo dico uobis. nolite
sollicitari ee animę quid manducetis. neq; corpori.

quid uestiamini; Anima plus est quam esca. Et corpus quam
uestimentum. Considerate coruos. quia non seminant
neq; metunt. quibus non est cellarium. neq; horreum.
& ds pascit illos; Quanto magis uos. pluris estis illis.
Quis autem urm cogitando potest adicere ad statura
sua cubitum unum. Si ergo neq; qd minimum est po
testis. qd de ceteris sollicti estis? Considerate lilia
quomodo crescunt. Non laborant. nnent; Dico autem
uobis: nec salomon in omni gtia sua uestiebatur.
sicut unum ex istis. Si autem fenum qd hodie in agro.
& cras in clibanum mittitur. Ds sic uestit: quanto
magis uos pusillę fidei. Et uos nolite querere
qd manducetis. aut qd bibatis. & nolite in subli
me tolli; Haec enim omnia gentes mundi querunt;
Pater autem urm scit. qm his indigetis. Verumtamen.
querite regnum di: & hęc omnia adicientur uobis;

Lel. X Sol

Nolite timere pusillus grex. quia conplacuit pa
tri uro dare uobis regnum.

Lel. II in exorcis. ds ewm. Lu dim ds xl.

Vendite quę possidetis. & date elemosynam;
Facite uobis saccelos. qui non uetere fiunt.

thesaurum nondeficientē incelis. quo fur nonadpro
piant. neq; tinea corrumpit; Ubi enī thesaurus
ūr est. ibi &cor ūm erit.

Lectio. sol

Sint lumbi ūri pēncti. &lucernę ardentes; Et uos
similes hominibus expectantibus dominū suum.
quando reuertatur anuptiis; Ut cum uenerit &
pulsauerit. confestim aperiant ei.

Lectio. ix. in coelum

Beati serui illi. quos cū uenerit dns. inuenerit uigi
lantes; Amen dico uobis. quod pręcinget se. & faciet
illos discūbere. & transiens ministrabit illis; Et
si uenerit in secunda uigilia. & si in tertia uigilia
uenerit. & ita inuenerit. beati sunt serui illi.

Lectio. xi. in coelum. dominica.

Hoc autem scitote. quō si scisset pater familias qua
hora fur ueniret. uigilare utiq;. & non sinere
pfodi domū suā; Et uos estote parati. quia qua
hora nō putatis. filius hominis uenet.

Lectio. xii. in coelum.

Ait autē eipetrus; Onē. ad nos dicis hanc parabolā.
an & ad omēs. dixit autē dns; Quis puta est fidelis
dispensator & prudens. quē constituet dns sup
familiā suā. ut det illis in tēpore tritici mēsurā.

Beatus ille seruus: quē cum uenerit dns. inuenerit
ita facientem. Uere dico uobis: quia sup omnia
quę possidet: constituet illum.

Lectio. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: morā facit
dns mis uenire. & cęperit percutere pueros &
ancillas. & edere. & bibere. & inebriari: Ueniet
dns serui illius in die qua non sperat. & hora qua
nescit. & diuidet eum: partem que ei cum infi
delibus ponet.

Lectio. Ille aut seruus qui cognouit uoluntatē dni sui. &
non preparauit. & non fecit secdm uoluntatē ei: uapu
labit multas. Qui aut non cognouit & fecit digna:
plagis uapulabit paucas. Omni aut cui multū
datū est: multū querętur abeo. Et cui cōmenda
uerē multū: plus petunt abeo.

Lectio. Ignem ueni mittere in terrā: & quid uolo nisi ac
cendatur. Baptisma autē habeo baptizari. &
quomodo coartor usq; dūpficiatur. Putatis quia
pacem ueni dare in terrā: Non. dico uobis: sed
separationē. Erunt enī ex hoc quinq; in domo una

diuisi · tres induo · & duo uersus diuidentur; Pater in
filium · & filius in patre suu; Mater in filia · & filia
in matrem; Socrus in nuru suam · & nurus in socrum sua;

l dxi
cn dxii

Dicebat autem & ad turbas; Cum uideritis nubem orien
te a occasu · Statim dicitis · nimbus uenit · & ita fit;
Et cum austru flantem · dicitis · quia aestus erit ·
& fit; hypocritae · faciem cli · & terrae nostis probare;
hoc autem tempus quomodo non probatis · Quid autem
& a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est ·;

l dxii
cn xxxui

Cum uadis cum aduersario tuo ad principem in
via · da operam liberari a illo · Ne forte trahat te
apud iudicem · & iudex tradat te exactori · & exac
tor mittat te in carcerem; Dico tibi · non exies inde ·
donec & iam nouissimum minutum reddas ·;

XIIII ·

l dxiii ·
Sol

Aderant autem quidam ipso in tempore ·
nuntiantes illi de galileis · quorum sanguinem pilatus
miscuit cum sacrificiis eorum; & respondens · dixit illis;
Putatis quod hi galilei pre omnibus galileis fuerunt
peccatores · quia talia passi sunt · Non; dico uobis ·
Sed nisi paenitentiam habueritis · omnes similiter

peribitis; Sicut illi decem & octo. supra quos cecidit
turris in siloam & occidit eos. Putatis quia & ipsi de
bitores fuerunt preter omnes homines habitantes
in hierusalem? Non, Dico uobis. Sed si non penitentiam
egeritis. omnes similiter peribitis;

Helxum. Sol

Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem ficu
habebat quidam plantatam in uinea sua: Et uenit
querens fructum in illa. & non inuenit; Dixit autem
ad cultorem uineae; Ecce anni tres sunt. ex quo ue
nio querens fructum in ficulnea hac: & non inuenio;
Succide ergo illam: utquid & iam terram occupat?
At ille respondens: dixit illi, Domine: dimitte
illam & hac anno: usque dum fodiam circa illam & mit
tam stercora; Et si quidem fecerit fructum: Si autem
in futurum succides eam; Erat autem docens in
synagoga eorum sabbatis; Et ecce mulier quae ha
bebat spiritum infirmitatis annis. decem & octo.
& erat inclinata: nec omnino poterat sursum
respicere. Quam cum uidisset ihs: uocauit ad se.
& ait illi, Mulier: dimissa es ab infirmitate tua;

Et imposuit illi manus. & confestim erecta est. &
glorificabat dm.

Lelxv
Ferie
in exxi.

Respondens autem archisynagogus. indignans quia
sabbato curasset ihs. dicebat turbe. Sex dies sunt.
in quibus oportet operari. In his ergo venite & cura
mini. & non in die sabbati. Respondit autem ad illum
dns. & dixit. Hypocritae. unus quisque vestrum sabbato
non soluit bouem suum. aut asinum a presepio &
ducit ad aquare. Hanc autem filiam abrahe quam
alligauit satanas. ecce decem & octo annis. non
oportuit solui a uinculo isto die sabbati.

Lelxvi
X
Sol.

Et cum hec diceret. erubescebant omnes aduersarii eius.
Et omnis populus gaudebat in uniuersis. que glo
riose fiebant abeo.

Lelxvii
Ferie II
in exxxvii.
in xlviii.

Dicebat ergo. Cui similis est regnum di. & cui simile
esse existimabo illud. Similis est grano sinapis.
quod acceptum homo. misit in hortum suum & crescit.
Et factum est in arborem magnam. Et uolucres celi
requieuerunt in ramis eius.

Lelxviii.
Ferie
in exxxviii.

Et iterum dixit. Cui simile aestimabo regnum di.

Simile est fermento. qd acceptum mulier abscondit
in farinę sata tria. donec fermentatetur totum.

Lectio xxiii. Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens
in hierusalem.

Lectio xx. Ait autem illi quidam. Dne. si pauci sunt qui saluantur.
Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per
angustam portam. quia multi dico uobis. querent
intrare. & non poterunt.

Lectio xxi. Cum autem intrauerit pater familias. & clauserit ostium.
& incipietis foris stare. & pulsare ostium dicentes.
Dne aperi nobis. Et respondens dicet uobis.
Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere.
Manducauimus coram te. & bibimus. & in plateis
nris docuisti. Et dicet uobis. nescio uos unde sitis.
Discedite a me omes operarii iniquitatis. ibi erit
fletus & stridor dentium.

Lectio xxii. Cum uideritis abraham. & isaac. & iacob. & omnes
pphetas in regno di. uos autem expelli foras. Et
uenient ab oriente. & occidente. & aquilone.
& austro. & accubent in regno di.

Ī el xxxii
fī exxxiiij.
dī exi

Ecce sunt nouissimi. quierant primi. & sunt primi
quierant nouissimi. ⁊

Ī el xxxiij
Sol

In ipsa die. accesserunt quidam pharisеorū. dicentes
illi. ⁊ Exi. & uade hinc. Quia herodes uult te occidere. ⁊
Et ait illis. ⁊ Ite. & dicite uulpi illi. ⁊ ecce eicio demonia.
& sanitates perficio hodie & cras. & tertia die con
sumor. ⁊ Uerumtamen. oportet me hodie & cras
& sequenti ambulare. Quia ñ capit pphetam
perire extra hierusalem. ⁊

Ī el xxxv.
fī cxxlī

Hierusalē. hierusalē. que occidis pphetas. & lapidas
eos qui mittuntur ad te. Quoties uolui con
gregare filios tuos. quē admodū auis nidum
suū subpennis & noluisti. ⁊ Ecce. relinquet uobis
domus ura. ⁊ Dico aut uobis. quia ñ me uidebitis me.
Donec ueniat. cū dicetis. Benedictus qui uenit
in nomine dñi. ⁊

XIIII.

Ī el xxxvi
Sol

Et factum est. cū intraret in do
mū cuiusdā principis pharisеorū sabbato
manducare panē. Et ipsi observabant eū. ⁊ Ecce
homo quidā hydropicus. erat ante illū. ⁊

Et respondens ihs. dixit ad legis peritos. & pharisęos
dicens. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt.
Ipse uero adprehensum sanauit eum. ac dimisit.
Et respondens ad illos. dixit. Cuius urn̄ asinus aut
bos in puteum cadit. & ñ continuo extrahet illū
die sabbati. Et non poterant ad hęc respondere illi.
Dicebat autem et ad inuitatos parabolam. intendens
quomodo primos accubitus eligerent. dicens ad illos.
Cū inuitatus fueris ad nuptias. ñ discūbas in primo
loco. ne forte honoratior tesit inuitatus a bello.
Et ueniens is qui te et illū uocauit. dicat tibi.
Da huic locū. Et tunc incipias cū rubore nouissimū
locū tenere. Sed cum uocatus fueris. uade recūbe
in nouissimo loco. Vt cū uenerit qui te inuitauit.
dicat tibi. Amice. ascende superius. Tunc erit
tibi gloria. coram simul discumbentib;
Quia omis qui se exaltat. humiliabitur. Et qui se
humiliat. exaltabitur.
Dicebat aut et ei qui se inuitauerat. Cū facis pran
diū aut cęnam. noli uocare amicos tuos. neq;

frīs tuos. neq; cognatos. neq; uicinos diuites. ne forte
& ipsi te reuocent. & fiat tibi retributio; Sed cū
facis conuiuium. uoca pauperes. debiles. claudos
cecos. & beatus eris. quia non habent retribuere tibi;
Retribuetur enī tibi. in resurrectione iustorum.;
Haec cū audisset quidā de simul discūbentibus.
dixit illi; Beatus qui manducabit panē. in regno dī;
A ipse dixit ei; Homo quidā fecit cenā magnā.
& uocauit multos; Et misit seruū suū hora cenę
dicere inuitatis. ut uenirent. quia iam parata
sunt omnia; Et cęperunt simul omes excusare;
Primus dixit illi; Uillam emi. & necesse habeo
exire. & uidere illam; rogote. habeme excusā
tum. Et alter dixit; Iuga boum emi quinq; &
eo probare illa; rogote. habeme excusatum; Et
alius dixit; Uxorē duxi. & ideo non possū uenire;
Et reuersus seruus. nuntiauit haec domino suo;
Tunc iratus pater familias. dixit seruo suo.;
Exi cito in plateas. & uicos ciuitatis. & paupe
res. ac debiles. & cecos. & claudos introduc huc.;

Erat seruus; Dne: factum est ut imperasti: & adhuc
locus est; Erat dns seruo; Exi in uias & sepes. & conpelle
intrare. ut impleatur domus mea; Dico enim uobis:
quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt: gus
tabit cenam meam.

Ibant autem turbe multe cum eo: Et conuersus dixit
ad illos; Si quis uenit ad me. & non odit patrem suum
& matrem. & uxorem. & filios. & fres. & sorores. adhuc autem
& animam suam: non potest ms esse discipulus.
Et qui non baiulat crucem suam. & uenit post me: non
potest ms ee discipulus.

Quis enim ex uobis uolens turrim aedificare. non prius
sedens conputat sumptus qui necessarii sunt si ha
bet ad perficiendum? Ne postea quam posuerit fun
damentum & non potuerit perficere: Omes qui uident
incipiant inludere ei dicentes; Quia hic homo
cepit aedificare: & non potuit consumare; Aut quis
rex iturus committere bellum. Aduersus alium regem.
non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus
occurrere ei. qui cum uiginti milib; uenit ad se:

Alioquin: adhuc illo longe agente: legationem
mittens. rogat ea quæ pacis sunt.

Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus
quæ possidet: non potest meus esse discipulus.

XV.

Bonum est sal; si autem sal quoq;
euanuerit. In quo condietur? neq; in terram. neq; in
sterquilinium utile est: sed foras mittetur. Qui ha
bet aures audiendi: audiat.

Erant autem appropinquantes ei publicani & pecca
tores: ut audirent illum. Et murmurabant pha
risei & scribæ: dicentes. Quia hic peccatores recipit:
& manducat cum illis.

Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex uob
homo. qui habet centum oues? Et si perdiderit
unam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem
in deserto. & uadit ad illam quæ perierat. donec
inueniat illam? Et cum inuenerit eam: imponit
in humeros suos gaudens. Et ueniens domum: con
uocat amicos & uicinos: dicens illis. Congratu
lamini mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat.

Dico uobis: quod ita gaudium erit in celo sup uno
peccatore penitentiam agente: quam sup nonaginta
nouem iustis. qui non indigent penitentiam.

l. clxxxiiij. sol. Aut que mulier habens dragmas decem: si perdiderit
dragmam unam: nonne accendit lucernam. & everrit
domum. & quirit diligenter. donec inueniat: Et cum
inuenerit: conuocat amicas suas & uicinas dicens:
Congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam
perdideram.

l. clxxxiiij. in clxxxv. Ita dico uobis: gaudium erit coram angelis dei sup uno
peccatore: penitentiam agente.

l. cxc sol. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: & dixit
adulescentior ex illis patri. Pater: da mihi portio
nem substantiae: que me contingit. Et diuisit illis
substantiam. Et non post multos dies: congregatis
omnibus: adulescentior filius. peregre profectus est
in regionem longinquam: Et ibi dissipauit substantiam
suam. uiuendo luxuriose. Et postquam omnia con
sumasset: facta est fames ualida in regione illa:
& ipse cepit egere. Et abiit. & adhesit uni ciuium

regionis illius. & misit illū in uillā suā. ut pascere porcos.
Et cupiebat implere uentrem suū de siliquis quas
porci manducabant. & nemo illi dabat. In se autem
reuersus. dixit. Quanti mercennarii patris mei in domo
abundant panibus. ego autē hic fame pereo? Sur
gam. & ibo ad patrē meum. & dicā illi. Pater. pec
cauī in cęlū. & coram te. & iā nō sū dignus uocari filiū
tuus. fac me sicut unū de mercennariis tuis. Et sur
gens. uenit ad patrē suū. Cum autē adhuc longe
esset. uidit illum pater ipsius. & misericordia
motus est. Et accurrens cecidit sup collū eius.
& osculatus est eum. Dixit q; ei filius. Pater. pecca
ui in cęlum. & coram te. iam non sū dignus uocari
filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos.
Cito proferte stollā primā. & induite illum.
& date anulum in manū ei. & calceamenta in pedes ei.
Et adducite uitulū saginatum. & occidite. &
manducemus. & epulemur. Quia hic filius mus
mortuus erat. & reuixit. perierat. & inuentus est.
Et cęperunt epulari. Erat autē filius eius senior

in agro; Et cū uenisset & adpropinquasset domui: audiuit
symphoniā & chorū: Et uocauit unum de seruis:
& interrogauit. que hæc essent; Ipse autem dixit illi;
Frater tuus uenit: & occidit pater tuus uitulū
saginatū. quia salui illū recepit; Indignatus est autē:
& nolebat introire; Pater ergo illius egressus: cœ
pit rogare illū; At ille respondens: dixit patri
suo; Ecce tot annis seruio tibi: & nūquā mandatū
tuū preteriui: & nūquā dedisti mihi edum. ut
cū amicis meis epularer; Sed postquā filius tuus
hic quidem oraut substantiā suā cū meretricib;
uenit: occidisti illi uitulū saginatū; At ipse dixit
illi; Fili: tu semp mecū es: & omnia mea tua sunt;
Epulari autē & gaudere oportebat: quia frater
tuus hic mortuus erat. & reuixit; perierat & inuentus est;
Dicebat autem & ad discipulos suos; Homo quidā
erat diues qui habebat uilicū: & hic diffamatus est
apud illū. quasi dissipasset bona ipsius; Et uo
cauit illū: & ait illi; Quid hoc audio de te:
redde rationē uilicationis tuæ; Iam enim: non po

teris uilicare. Ait autem uilicus intra se. Quid faciā
quia dnus meus auferit a me uilicationē? Fodere
non ualeo. mendicare erubesco. scio quid faciam.
Vt cum amotus fuero a uilicatione. recipiant
me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debi
toribus dni sui. dicebat primo. Quantū debes
dnō meo. at ille dixit. Centū cados olei. Dixitq;
illi. Accipe cautionē tuam. & sedecim. scribe
quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quan
tum debes? Qui ait. illi. centū choros tritici. Ait
illi. Accipe literas tuas. & scribe octoginta.
Et laudauit dnus uilicū iniquitatis. quia pruden
ter fecisset. Quia filii huius seculi. prudentio
res filis lucis in generatione sua sunt. Et ego uob
dico. Facite uobis amicos de mamona iniqui
tatis. ut cum defecerit recipiant uos. in eterna
tabernacula. Qui fidelis est in minimo. & in ma
iore fidelis est. Et qui in modico iniquus est.
& in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mā
mona fideles non fuistis. qd uerū est. quis

credet uobis. Et si in alieno fideles non fuistis.
quod uerum est. quis dabit uobis.

Nemo seruus potest duobus dominis seruire; aut
enim unū odio. & alterū diligē; aut unum adhere bit.
& alterū contemnet. Non potestis dō seruire &
mamonę;

Audiebant autē omnia hæc pharisæi qui erant auari.
& deridebant illū. Et ait illis. Vos estis qui iusti
ficatis uos coram hominibus. Deus autē nouit corda
ura. Quia quod hominibus altum est. abomina
tio est ante dm.

Lex & prophetę. usq; ad iohannē; ex eo regnū dī
euangelizatur. Et omnis in illud uim facit.

Facilius est autē cęlum & terra pręterire. quā de
lege unū apicem cadere.

Omis qui dimittit uxorē suā. & ducit alterum.
moechatur; Et qui dimissā a uiro ducit. moechat;

XVI

Homo quidā erat diues. et induebat
purpura & byisso. & epulabatur cotidie splendide;
Et erat quidā mendicus. nomine lazarus. qui a

cebat adianuā eius · ulceribus plenus · cupiens sa
turari demicis · quecadebant demensa diuitis; Sed
&canes ueniebant · & lingebant ulcera eius; Factum ÷
autem ut moreretur mendicus · & portaretur a angelis
in sinū abrahę; mortuus est autē & diues · & sepul
tus est in inferno; Leuans autem oculos suos cū esset
in tormentis · uidit abraham a longe · & lazarum
in sinu eius; Et ipse clamans dixit; Pater abraham
miserere mei · & mitte lazarum ut intinguat
extremū digiti sui in aquā · ut refrigerę linguā
meā · quia crucior in hac flāma; Et dixit illi abrahā;
Fili · recordare · quia recepisti bona in uita tua · & la
zarus similiter mala; Nunc autem hic consolatur ·
tu uero cruciaris; Et in his omnibus inter nos & uos
chaos magnum firmatum est · ut hi qui uolunt
hinc transire ad uos non possint · neq; inde huc
transmeare; Et ait; Rogo ergo te pater · ut mittas
eum in domū patris mei; habeo enī quinque
frs · ut testetur illis · ne & ipsi ueniant in locum
hunc tormentorū; Et ait illi abraham; habent

moysen & ꝓphetas audiant illos. Ait ille dixit.
Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos:
pœnitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen &
ꝓphetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resur
rexerit credent.

Lectio. Et ad discipulos suos ait. Impossibile est: ut non ueniant
scandala. Ue autem illi: per quem uenium. Utilius est
illi si lapis molaris imponatur circa collum eius:
& proiciatur in mare: quam ut scandalizet unum
de pusillis istis.

Lectio. Adtendite uobis. Si peccauerit frater tuus: increpa
illum. Et si pœnitentiam egerit: dimitte illi.

Lectio. Et si septies in die peccauerit in te. & septies in die
conuersus fuerit ad te dicens: pœnitet me: dimitte illi.

Lectio. Et dixerunt apli dno. Adauge nobis fidem. Dixit
autem dns. Si habueritis fidem sicut granum sinapis:
diceretis huic arbori moro. eradicare & trans
plantare in mare. & obediret uobis.

Lectio. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pas
centem. cum regresso de agro dicet illi statim.

transi · recumbe · & nondicit ei · para qd cenem · & p
cingere · & ministra mihi · donec manducē · & bibā ·
Et postha ec tu manducabis & bibes ? Numqid
